

**ACTA
ACADEMIAE
VELEHRADENSIS**

**ANNUS XIV.
FASC. 1.**



OLOMUCII 1938

SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS

ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

Eduntur annuatim in quatuor fasciculis. Subnotatio pro anno 30 Kč, pro externis 40 Kč.

Redactores: Prof. dr. *Jos. Vašica*, insgre *Frant. Jemelka*, prof. dr. *Josef Matocha*, dr. *Vincenc Pořízka*, collaborantibus professoribus Collegii theologicae facultatis a ss. Cyrillo et Methodio, Olomucensis.

Redactio: *Olomouc*, Úřednická 7. – Administratio: *Olomouc*, *Theologica facultas a ss. Cyrillo et Methodio*.

Auxilium in edendis Actis promiserunt: Prof. dr. Franc. *Grivec*, Ljubljana; dr. Jos. *Slipyj*, rector Academiae Leopoliensis; prof. P. Sev. *Salaville*; prof. dr. M. *Jugie*; dr. Georgius *Hofmann*, S. J., prof. Pont. Inst. Orientalis Romae; prof. A. M. *Amann*, S. J., professor Pont. Inst. Orientalis; dr. Theophilus *Spáčil*, dr. Thomas *Kurent*, S. O. Cist., Stična, Jugoslavia; dr. Andreas *Živković*, prof. univ. Zagreb; dr. Rochus *Rogošić*, prof. theolog. Makarska; dr. Ignatius *Świrski*, prof. univ. Wilno; dr. *Špurek*, prof. theolog. Obořiště; dr. Ant. *Salajka*, Praga.

Contenta in fasc.: 1.

	Pag.
Dr. Thomas <i>Kurent</i> , Studia quaestionem de primatu ecclesiae saeculo IX. disputatam illustrantia	1
S. <i>Salaville</i> , A. A., L'unité de l'Eglise et le problème de la Réunion des chrétiens séparés	25
P. G. <i>Hofmann</i> , S. J., De praeparatione definitionis concilii Florentini de ss. Eucharistia	45
P. Dr. H. M. <i>Jurák</i> , O. P., De provinciae S. Hyacinthi Ord. Praed. in Russia fundatione	55
Varia. <i>Salaville</i> , Notae liturgicae et asceticae byzantinae	67
Quinta Hebdomada pro Oriente christiano	70
Recensiones: Dr. R. <i>Graber</i> , Christus in seinen heiligen Sakramenten (– a.), M. <i>Gordillo</i> , S. J., Compendium Theologiae Orientalis (– a.), Cirilometodski vjesnik (– a.), Bogoslovska smotra (– a), Nova editio librorum liturgicorum ritus slavici-byzantini et ecclesiastica-slavica Biblia catholicorum Ruthenorum (Ucrainorum) (dr. B. Kutil), Dr. J. <i>Hlouch</i> , Problém odpadu od Církve (Dr. Karlík) Zlámal <i>Theophilus</i> , Sacellum st. Cyrilli et Methodi Olomoucense (Dr. Neumann), A. M. <i>Amann</i> , S. J., Kirchenpolitische Wandlungen im Ostbaltikum bis zum Tode Alexander Newkis. Studien zum Werden der russischen Orthodoxie (Dr J. Matzke)	74

Acta Academiae Velehradensis

Tomus XIV.

A. D. 1938.

Fasc. 1.

REDACTIO ET ADMINISTRATIO: OLOMOUC, RČS.

THEOLOG. FACULTAS A SS. CYRILLO ET METHODIO

Num. ord. 151/38

IMPRIMATUR

Olomucii, 3. III. 1938.

† LEOPOLDUS, archiepiscopus Olomucen.

STUDIA QUAESTIONEM DE PRIMATU ECCLESIAE SAECULO IX. DISPUTATAM ILLUSTRANTIA:

Dr. Thomas Kurent, S. O. Cist., Stična.

(Continuatio.)

§ 3. Primatus ecclesiasticus cum principatu politico non movetur.

71. Si primatus Romanae sedi per beatum Petrum a Deo collatus est, nulla potestas humana eum movere, mutare vel transferre potest, neque civilis (saecularis) neque ecclesiastica. Inde auctor scholii nostri in refutanda conclusione, ex falso principio decreti Chalcedonensis de privilegiis Constantinopolitanae sedis deducta, demonstrare pergit ex historia, principatum imperialem civilem in aliqua urbe constitutum minime secum ferre primatus ecclesiastici collationem. Tamquam argumentum historicum duo exempla afferuntur, Mediolanum nempe et Ravenna, ubi ex ordine imperatores sedem suam habebant, quorum palatia adhuc exstant, et tamen non sunt propterea hisce urbibus privilegia collata. Sacerdotalis enim ordinis privilegia ac praerogativa non ex mundi gratia, sed ex divina electione et apostolica potestate honoratus est (sc. sacerdotalis ordo).

Omnino eadem ratione, ut iam animadvertisit prof. Pavlov,¹ arguebat papa Gelasius I. ad episcopos Dardaniae contra Acacii schisma scribens: „Risimus autem, quod praerogativam volunt Acacio comparari, quia episcopus fuerit regiae civitatis. Numquid apud Raven-

¹ Виз. Врем. 4, p. 150 sq.

nam, apud Mediolanum, apud Sirmium, apud Treviros multis temporibus non constitit imperator? Numquid harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibi antiquitus deputatam quidpiam suis dignitatibus usurparunt? . . . Si certe de dignitate agitur civitatum, secundae et tertiae maior est dignitas sacerdotum, quam eius civitatis, quae non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter metropolitano- rum iura censemur. Nam quod dicitis regiae civitatis, alia potestas est regnisaecularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim quamvis parva civitas praerogativam praesentis regni non minuit, sic imperialis praesentia mensuram dispensationis religiosae non mutat. Sit clara urbs illa potestate praesentis imperii, religio tunc sub eadem (al. sub eodem) firma, tunc libera, tunc proiecta consistit, si potius hoc praesente propriam teneat sine ulla perturbati- one mensuram.¹

Brevis animadversio, quae adest in nostro scholio, abest vero apud Gelasium, „quorum palatia usque ad praesentem diem consis- tunt,” vim argumenti per se non auget neque cum scholiorum dicendi genere concordat. Haec animadversio tamen bene ad originis tempus auctoremque scholii inservire posse videtur.²

72. Propositio, sacerdotalis ordinis privilegia ac praerogativa non ex mundana gratia, sed ex divina electione et apostolica potestate pendere, dirigitur contra caesaropapismum Byzantium, qui natura sua ad relaxandum et rumpendum ecclesiasticae unitatis vinculum- praesertim inde ab Justiniano I. — tendebat.³

Eodem spiritu, quo nostri scholii auctor, ecclesiasticam a potestate saeculari independentiam in Oriente christiano defendebant, potissimum magni illi contra iconoclasmum rectae fidei defensores: s. Jo- annes Damascenus,⁴ s. Theodorus Studita⁵ et monachi Studitae in genere.⁶ Imprimis vero independentiam ecclesiae et differentiam

¹ MPL 59, 71-72.

² Cf. Grivec, Cerkveno prvenstvo i edinstvo p. 86.

³ Cf. Jugie, Theologia dogmatica christianorum Orientalium I p. 66-70.

⁴ MPG 94, 1296-97.

⁵ MPG 99, 1417-20,

⁶ Hanc partem eorum pugnae contra iconoclasmum bene in luce collocavit Ad. Harnack, Lehrbuch der Dogmengeschichte II, ed. 4 (Tübingen 1909) pag. 481-90. „Aber in dem großen Kampf, den die byzantinische Kirche ein Jahrhun- dert lang mit dem Staate auskämpfte, handelte es sich nicht nur um ihre Eigenart

ecclesiasticam inter et saecularem potestatem inculcabant illi Romanorum pontificum, qui contra Byzantinorum tentamina, totum, etiam extrabyzantinum Orientem christianum ecclesiae Constantiopolitanae subiciendi, pugnare debebant: ita s. Leo papa I.¹ Gelasius I.² et s. Nicolaus I.³ De relatione ecclesiasticam inter et saecularem potestatem in concilio quoque 8. oecumenico tractatum est.⁴

Ex brevi hoc conspectu apparet, auctorem scholii bene sibi perspectam habuisse rationem, qua ad principium falsum, in decreto Chalcedonensi enuntiatum, et conclusionem, primatum Romanae sedis negantem, deventum est.

§ 4. Neque concilium oecumenicum primatum Romanum transferre potest.

73. Altera pars argumenti historici ostendit, neque ab ulla ecclesiastica potestate privilegia Romanae sedis transferri posse. Sensus argumentationis hic est: Si concilium ecclesiae universale ne Hierosolymitanae quidem sedi, non obstante eius excellentia, iura patriarchalia tribuere potuit, quanto magis impossibile est, ut primatus iuris divini, Romanae ecclesiae in Petro collatus, transferatur.

Quaeritur, quibusnam traditionibus auctor scholii ad suam argumentationem fulciendam innitatur, imprimis Hierosolymitanam ecclesiam quod spectat, et quinam fuerint illi „sancti patres“, qui Hierosolymitanae urbi „metropolis honorem (privilegia)“ firmaverunt.

Ut quaestionibus istis responderi possit, videnda sunt sententiae respectivae praesertim illorum, ex Romanis pontificibus, a quibus, scholium in aliis locis, quos iam supra vidimus, dependet (saltem probabititer), et deinde cum traditionibus antiquis Orientalibus comparandae.

sondern auch um ihre Freiheit. Zu dem Gedanken der Freiheit hatten große Mönche die Kirche zu erziehen versucht. In dem Kampf um die Eigenart blieb sie Siegerin; in dem Kampf um die Freiheit ist sie erlegen“ (o. c. p. 490).

¹ Vide praesertim epist. ad Marcianum directam, ACOe, ed Schwartz, Coll. Grim. 61 (t. II, vol 4, p. 67–68) = Epist. coll. B (t. II, vol. II 2, p. 62–63).

² MPL 59, 71–72.

³ Cf. praesertim MGH, Epist. VI p. 468. 485. 597.

⁴ Vide canones 17. et 21. (Gr. 12. et 13), apud Denzinger-Bannwart, Enchiridion symbolorum, ed. 16–17 (Freiburg i. Br. 1928) nn. 340. 341.

74. S. Leo I. papa contra decretum, in concilio Chalcedonensi de privilegiis Constantinopolitanae ecclesiae latum, insistebat in decretis Nicaeni concilii (can 6) et ita iura patriarchalia sedium Alexandrinae et Antiochenae a centralisatione, quae ex parte ecclesiae Constantinopolitanae imminebat, tuebatur. In eius argumentatione theoria quedam trium patriarchatum apparet, quae probabiliter iam apud Damasum papam I. deprehenditur et deinde iisdem fere verbis apud papam Gelasium I. repetitur. Papa Damasus I. in synodo Romana a. 382 contra canonem 3 concilii Constantinopolitanum (381) sententiam Romanam exposuisse censetur, quae deinde fere ad verbum in decretum Gelasii I. de recipiendis et non recipiendis libris recepta esset: „Quamvis universae per orbem catholicae diffusae ecclesiae unus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana ecclesia nullis synodis constitutis ceteris ecclesiis praelata est, sed evangelica voce et Salvatoris nostri primatum obtinuit... Est ergo prima Petri apostoli sedes Romanae ecclesiae, non habens maculam nec rugam nec aliquid eiusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo atque evangelista consecrata est ipseque in Aegyptum directus a Petro apostolo verbum veritatis praedicavit et gloriosum consummavit martyrium. Tertia vero apud Antiochiam beatissimi apostoli Petri habetur honorabilis, eo quod illic, prius quam Romam venisset, habitavit et illic primum nomen Christianorum novellae gentis exortum est.”¹

Easdem rationes pro defensione iurium patriarchalium Alexandrinae et Antiochenae ecclesiae proferebat s. Leo papa I. in epistola ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum (454 Mai. 22) directa: „Non convallantur provincialium iura primatum, nec privilegiis antiquitus institutis metropolitani fraudentur antistites. Nihil Alexandrinae sedi eius, quam per sanctum Marcum evangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis nec Dioscoro impietatis suae pertinacia corruente splendor tantae ecclesiae tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque ecclesia, in qua primum praedi-

¹ MPL 59, 159. Cf. C. H. Turner, The roman Council under Damasus, A. D. 382, The Journal of Theological Studies I (London 1900) p. 554—60; O. Bardenhewer, Geschichte der altkirchlichen Literatur III, ed. 2 (Freiburg i. Br. 1923) p. 589—90; IV (1924) p. 626 sq.; Ed. Schwartz in Zeitschrift für neutestamentliche Wissenschaft und Kunde der alten Kirche (Giessen 1930) p. 161—68.

cante beato apostolo Petro christianum nomen exortum est, in paternae constitutionis ordine perseveret et in gradu tertio collocata numquam se fiat inferior¹.¹

Quae theoria trium patriarchatum apostolicae originis adumbratur praeterea apud s. Gregorium papam I.² et tandem eam prædicat etiam s. Nicolaus I.,³ quamquam posteriore tempore paululum mitigatam.⁴

Iuxta theoriam trium patriarchatum, a Romanis pontificibus expositam, illae tantum ecclesiae iura patriarchalia obtinere possunt, quarum sedes speciali modo cum apostolorum principe Petro coniungitur vel saltem ab apostolis instituta est. Si igitur ecclesia, quae speciali nexu cum apostolo Petro vel saltem apostolica origine non gaudet, neque primatum particularem, quem iura patriarchalia repræsentant, habere potest, quanto magis habere non potest talis ecclesia primatum universalem, super universam ecclesiam, qui necessario sedem originis apostolicae et divinae postulat?

75. Evolutione historica tamen factum est, ut patriarchae episcopi etiam talium ecclesiarum fierent, quae neque in sua origine cum Petro apostolo specialiter coniunctae fuerunt neque originem apostolicam una cum successione continua ab apostolis habuerunt. Ita s. Leo I. papa, quamvis primo minus contentus fuisse videtur pacto,⁵ quo inconcilio Chalcedonensi patriarcha Antiochenus Maximus et episcopus Hierosolymitanus Iuvenalis inter se convenerant et quod patres Chalcedonenses in cctione VIII. comprobaverunt,⁶ postea tamen propter circumstantias in urbe Hierosolymitana commutatas (periculum pro orthodoxia) non recusavit, quin Iuvenalis episcopus Hierosolymitanus iura pacto acquisita exerceret.⁷

¹ ACOe, ed. Schwartz, Coll. Grim. 56 (t. II, vol. 4, p. 59–62) = Epist. Coll. B 17 (t. II, vol. I 2, p. 56–58).

² MPL 77, 899.

³ MGH, Epist. VI p. 475.

⁴ MGH, Epist. VI p. 596.

⁵ ACOe, ed. Schwartz, Coll. Grim. 83 (t. II, vol. 4, p. 91–93) = Epist. coll. B 22 (t. II, vol. I 2, p. 63–65).

⁶ ACOe, ed. Schwartz, Conc. univ. Chalc. (t. II, vol. I 3, p. 2–7). Cf. Ed. Schwartz in Abhandl. d. Bayer. Akad. d. Wiss. XXXII. 2.

⁷ ACOe, ed. Schwartz, Coll. Grim. 91 (t. II, vol. 4, p. 97–98). Cf. S. Vailhé, Formation du patriarcat de Jérusalem, Échos d' Orient 13 (1910) p. 325–36.

S. Nicolaus papa item, non obstante theoria trium patriarchatum, quam in suis responsis ad consulta Bulgarorum fuse exponit,¹ agnoscit quidem titulum patriarchalem tum ecclesiae Constantinopolitanae tum Hierosolymitanae, sed cum restrictione tantum: „Nam Constantinopolitanam ecclesiam nec apostolorum quisquam instituit nec Nicaena synodus, quae cunctis synodis celebrior et venerabilior est, eius mentionem aliquam fecit, sed solum, quia Constantinopolis nova Roma dicta est, favore principum potius quam ratione patriarcha eius pontifex appellatus est; Hierosolymitanus autem praesul, licet et ipse patriarcha dicatur et secundum antiquam consuetudinem ac Nicaenam synodum honorandus sit, salva tamen metropoli propria dignitate.“²

76. Videamus nunc, quales fuerint de ortu patriarchatus Hierosolymitani traditiones ecclesiarum Orientalium.

Traditiones ecclesiae Syrae hac de re habentur in canonibus Syris spuriis concilii Nicaeni.³ Secundum canones istos, quos O. Braun ad s. V pertinere censet, episcopus Hierosolymitanus non subdatur Caesareae, sed honoretur propter locum sanctum. Consequenter iuxta quasdam ecclesiae Syrae traditiones in Nicaeno concilio iura saltem metropolitana comprobata sunt.

Traditio ecclesiae Alexandrinae in scriptis episcopi monophysitae Severi de El-Ešmunein (s. X exeunte) apparet, quae traditio iam satis cum sententiis Byzantinorum permixta est. Severus de El-Ešmunein in sua Arabico sermone conscripta „Historia patriarcharum ecclesiae Copticae Alexandrinae“ nobis narrat, fontibus antiquioribus Copticis innixus, quomodo Nicaeae praesules quatuor sedium convenerint, patriarcha nempe Romae, Alexandriae, Ephesi, Antiochiae, ut Arium damnarent. Imperator quoque fidelis Constantinus sedit cum eis. Tandem rectam fidem, quadragesimae tempus et tempus paschale stabilierunt. Et imperator dixit episcopis in concilio congregatis: „Rogo vos, ut faciatis urbem Constantinopolitanam sedem patriarchalem, quia est urbs regia, et similiter urbem

¹ MGH, Epist. VI. p. 596.

² Ibid. p. 596—97.

³ O. Braun, De s. nicaena synodo, Kirchengeschichtliche Studien IV (Münster 1898) p. 18 sqq. et 61 sqq. Cf. et F. Haase, Altchristliche Kirchengeschichte nach orientalischen Quellen (Leipzig 1925) p. 275—76.

Hierosolyma, quia est urbs veritatis et Regis coelestis.“ Cum imperator sic suam humilitatem ostendit, tribuerunt ei, quae petierat.¹

Observandum est, quomodo in Historia Severi ortus patriarchatus Hierosolymitani cum origine patriarchatus Constantinopolitani coniungatur. Probabile est, hac vel simili ratione Byzantinos inde iam a s. V ecclesiis antiquis Orientalibus, quae origine apostolica gaudebant, excellentiam ecclesiae Constantinopolitanae proponere consuevisse.

77. Videamus quoque, quomodo interpretati sint canonem 7 concilii Nicaeni canonistae Graeci, qui posteriore quidem aetate scripserunt, sed certe antiquioribus traditionibus innitebantur.

Joannes Zonaras in sua can. 7 Nicaeni explicatione putat, Nicaenam synodum ecclesiae Hierosolymitanae iura metropolitana confirmasse, affert tamen et aliam sententiam, sed sine comprobatione: „Quemadmodum superiori canone (sc. 6) Alexandrino Antiocheno-que patriarchae sua in ipsorum provinciis privilegia decreta sunt, sic Aeliano episcopo honorem in sua ditione habendum suaque dignitate Hierosolymorum urbem, quae Aelia dicitur, quippe quae inter alias Palaestinae, Arabiae Phoeniciaeque urbes excellat, honestandam esse hic canon (sc. 7) constituit . . . Nonnulli tamen hic metropolim Caesaream nominare canonem affirmant.“²

Theodorus Balsamon († post 1195), patriarcha Antiochenus, clare nobis rationem dat, ob quam in Nicaeno concilio episcopus Hierosolymitanus honoratus est: Hierosolymis facta est salutaris Christi passio. Qualem praecise honorem Nicaenum concilium episcopo Hierosolymano confirmaverit, ex textu immediato explicationis Balsamoni non elucet: Ad quaestionem, quid significet „habeat honoris consequentiam, metropoli proprio honore conservato“, ita respondeatur: „Et audierunt Caesaream esse Palaestinae metropolim, Hierosolymorum autem ecclesiam eius episcopatum fuisse. Vult ergo canon metropoli sua iura servari, etiamsi ab ea Aelia abstracta est et honoratus est eius episcopus propter salutiferam Christi passionem.“³ In principio explicationis canonum 6. et 7. Balsamon episco-

¹ Textum Arabicum cum versione Anglicā edidit B. Evetts apud Graffin-Nau Patrologia Orientalis I (Paris 1907) p. 406—407.

² MPG 137, 257—60.

³ MPG 137, 252—53.

pum Hierosolymitanum aequaliter cum praesulibus aliorum patriarchatum patriarcham vocat.¹

78. Si conferamus in quaestione de patriarchatu Hierosolymitano scholium nostrum Slavicum cum expositionibus Romanorum pontificum, dici potest, in scholio Slavico influxum quendam theoriae trium patriarchatum apparere, prout haec theoria a Romanis pontificibus in pugna contra sententiam Byzantinorum de politico fundamento ecclesiastici primatus ad tuenda iura sedium apostolicarum Orientalium proponebatur. Respiciendo quoque traditiones antiquas Orientis christiani statuere possumus, sanctos patres, qui secundum scholium Slavicum iura metropolitana ecclesiae Hierosolymorum firmaverunt, esse concilium Nicaenum primum. Theoria trium patriarchatum explicatur ratio scholii, cur neque ecclesiae Hierosolymitanae nec consequenter Constantinopolitanae dignitas patriarchalis vel a synodo potuerit comprobari: „quia non poterant statutum ($\delta\varphi\sigma\nu$) amovere, quod vere fidei praedicatores posuerant” — id est non potuerunt amovere privilegia sedium, quae origine apostolica gaudent. Ut patriarchalis dignitas alicui sedi comprobetur, ecclesia debet esse ab apostolis constituta. A fortiori vel a synodo oecumenico transferri non potest primatus Romanae sedis, quia non possunt „dona divina atque apostolici honores transferri fideique immaculata praecepta mutari.” Stat ergo conclusio: „Immobiles itaque usque ad finem sunt antiquae Romae honores.”

79. Conclusionis ergo conferamus breviter nostri scholii sententiam de primatu ecclesiae Hierosolymitanae cum argumentatione, quae in opusculo polemico, Photio adscripto, *Πρὸς τοὺς λέγοντας ὡς ή ‘Ρώμη πρῶτος θρόνος* evolvitur. In utroque documento diametralis oppositio argumentandi rationis observatur.

Opusculum polemicum Photio adscriptum a suppositione, primatum sedibus ex personarum qualitate inesse, infert, primatum urbem Hierosolymorum habere debere, quia „et Petri et omnium nostrum conditor ac Dominus, primus et magnus pontifex, omnis vitae fons pontificalisque dignitatis, ibi et natus et commoratus est et semet ipsum pro salute mundi sacrificavit”.²

¹ MPG 137, 244—45.

² Rhalli-Potli, *Σύνταγμα . . .*, IV p. 409 sq. Cf. apud G. Hofmann, Photius et ecclesia Romana II p. 47.

Scholium vero Slavicum, sequens antiquas traditiones, inculcat, in privilegiis Romanae sedis agnoscendis non agi de qualitate personarum, sed de „donis divinis atque apostolicis honoribus fideique immaculatis praceptoribus“. Primum in universam ecclesiam Romanus pontifex divina Christi ordinatione obtinet tamquam successor apostolorum principis Petri; quapropter evidens est, hunc primum, quoadusque Christi ecclesia perseveret, nulla umquam potestate humana transferri posse.

80. Modus argumentandi ex iurium Hierosolymitanae ecclesiae in concilio Nicaeno confirmatione indicium aliquod ad chronologiam nostri scholii originis statuendam praebere nobis posse videtur. In scholio nostro Slavico dignitas patriarchatus neque Hierosolymitanae neque consequenter Constantinopolitanae sedi comprobata esse supponitur. Quod omnino cum sententia Romanorum pontificum, qui usque ad s. Nicolaum papam I. inclusive tres tantummodo sedes patriarchales, utpote originis apostolicae, admittebant.

In concilio tandem 8. oecumenico a. 869—70, praesidentibus legatis Romani pontificis, canone 21 tum Constantinopolitanae sedis episcopo in ordine patriarcharum secundus locus, tum Hierosolymitanae quintus comprobatus est: „Definimus, neminem prorsus mundi potentium quemquam eorum, qui patriarchalibus sedibus praesunt, inhonorare aut a proprio throno movere tentare, sed omni reverentia et honore dignos iudicare; praecipue quidem sanctissimum papam senioris Romae, deinceps autem Constantinopoleos patriarcham, deinde vero Alexandriae ac Antiochiae atque Hierosolymorum...“¹ Hadrianus papa II. hoc decretum concilii 8. oecumerii in epistola ad Basiliū imperatorem (871 Nov. 10) directa implicite saltem approbavit: „Gratiarum multimodas actiones summae Divinitati referimus, ... quia ... et in colligendo magno sanctoque collegio pium studium et desiderium ostendistis, in quo, abdicato pravitatis auctore, definitio rectae fidei et catholicae ac paternae traditionis atque iura ecclesiae perpetuis saeculis profutura et satis idonea fixa sunt et firmata“.²

Quapropter minus videtur esse probabile, scholium nostrum post

¹ Mansi 16, 174. Cf. analysim canonis in articulo M. Jugie Constantinople (IV^e concile de), Dictionnaire de théol. cath. III 1291—96.

² MPL 122, 1309.

annum demum 870 ab auctore Graeco, qui ecclesiasticas traditiones secus tam bene noverit, esse compositum.

§ 5. *Specialis conditio Romani pontificis in conciliis oecumenicis.*

81. Ultima consequentia ex primatus Romani in universam ecclesiam origine divina in scholio nostro Slavico circa conditionem Romani pontificis in conciliis oecumenicis manifestatam deducitur. Haec consequentia quasi tribus partibus constat: Quia Romanus pontifex omnium ecclesiarum primatum tenet (inchoat), ideo 1º Romanus pontifex ob honorem ipsi debitum in conciliis oecumenicis convenire non cogitur; at 2º sine eius consensu, per legatos aliquos manifestato, concilium oecumenicum fieri non potest; 3º quod Romanus pontifex disponit, id in concilio oecumenico primas partes obtinet (inchoat).

Vocabulum načinati, quo scholium Slavicum bis utitur, significat id, quod Graeco sermone dicitur *προεδρεύειν* vel *ἄρχασθαι*. Pro sensu ac vi verbi *ἄρχασθαι* conferatur epistola concilii Chalcedonensis ad papam Leonem missa, ubi hoc verbum in eodem omnino contextu occurrit. „Οἱ γὰρ τὸν τόπον τῆς ὑμετέρας ἀγιώτητος ἐπέχοντες τοῖς οὖτω τυποθεῖσι (sc. decreto de privilegiis Constantinopolitanae sedis) σφοδρῶς ἀντειπεῖν ἐπειράθησαν, πάντως ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἄρχασχαι καὶ τοῦτο τὸ καλὸν προνοίας βουλόμενοι, ἵνα καθάπερ τῆς πίστεως, οὗτω καὶ τῆς εὐταξίας ὑμῖν λογισθῇ τὸ κατόρθωμα“.¹

82. Ut doctrinam scholii de primatu Romano in genere, praesertim autem, ut videtur, in ultima parte scholii enuntiatam, comprobet, auctor in fine quoque provocat ad epistolas s. Leonis I. papae, et quidem ad eas, quae Marciano, Pulcheriae nec non Anatolio directae sunt.²

Certo ex epistolis s. Leonis I. papae auctor scholii desumpsit sententiam, Romanum pontificem in conciliis oecumenicis convenire non cogi.

In epistola ad Pulcheriam augustam directa s. Leo I. papa recusat imperatoris postulatum, ut ipse quoque synodo intersit; provocat ad

¹ ACOe, ed. Schwartz, Conc. univ. Chalc. (t. II, vol. I 3, p. 116—18).

² Considerandae sunt epistolae sequentes: Jaffé, Regesta pontificum Romanorum I, ed. 2, nn. 425. 439. 448. 462—65. 469—71. 475. 481—83.

consuetudinem contrariam et conditionem Romanae ecclesiae: „Nam illud, quod pietas ipsius etiam me credidit debere interesse concilio, etiamsi secundum aliquod exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam posset impleri . . .”¹ Item in epistola ad synodum missa: „Amplectendum est clementissimi principis plenum religione consilium, quo sanctam fraternitatem vestram . . . voluit convenire, beatissimi apostoli iure atque honore servato (*μακαριοτάτου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φυλαττομένων τῶν τε δικαίων καὶ τῆς τιμῆς*), adeo ut nos quoque suis ad hoc literis invitaret, ut venerabili synodo nostram praesentiam preberemus. Quod quidem nec necessitas temporum, nec ulla poterat consuetudo permettere”.²

Ut tamen concilium oecumenicum rite fieri possit, papa legatos mittit, qui vice sua concilio praesint: „Tamen in his fratribus, hoc est Paschasino et Lucensi episcopis, Bonifatio et Basilio presbyteris, qui ab apostolica sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas aestimet praesidere (*τοῖς ἀπεσταλμένοις ὑπό τοῦ θρόνου τῶν ἀποστόλων, ἐμὲ τῆς συνόδου προεδρεύειν, ἡ ὑμῶν ἀδελφότης ἡγείσθω*) non abiuncta a vobis praesentia mea, qui nunc in vicariis meis adsum . . .”³ Legatos munere suo fideliter in concilio esse functos, s. Leo papa I. testatur in epistola ad Anatolium missa: „Inde enim fratres nostri ab apostolica sede directi, qui vice mea synodo praesidebant, probabiliter atque constanter inlicitis ausibus obstiterunt, aperte reclamantes, ne contra instituta Nicaeni concilii praesumptio reprobæ novitatis adsurget”.⁴

83. Mirum non est, auctorem scholii de primatu Romani pontificis Graecum ad epistolas s. Leonis I. papae provocare. Constat enim, quanto cum ardore ecclesia Byzantina in sua liturgia s. Leonem eiusque doctrinam celebret ac praedicet. Leonis epistolae, ad Orientales directae, in Graeca versione quoque maiore ex parte nobis servantur. Ad s. Leonem papam Byzantinos attendere faciebat s. IX etiam s. Nicolaus papa I. In epistola ad Michaelem imperatorem III. 866 Nov. 13 missa in specie ad Leonis epistolam dogmaticam ad

¹ ACOe, ed. Schwartz, Collectio Grimana 11 (t. II, vol. 4, p. 14).

² Ibid. Coll. Grim. 52 (t. II, vol. 4, p. 51—52) = Epist. coll. M 17 (t. II, vol. I 1, p. 31—32).

³ Ibidem.

⁴ Ibid. Coll. Grim. 56 (t. II, vol. 4, p. 60) = Epist. coll. B 17 (t. II, vol. I 2, p. 57).

Flavianum et epistolam ad Marcianum directam provocat: „Epistola quoque sancti Leonis adeo apud omnes Orientales episcopos exstitit venerabilis, ut hanc columnam orthodoxiae vocarent et omnes in ea, praesule Constantinopoleos Anatolio praecedente, subsciberent, ita ut Chalcedonensis magna synodus nil diffinisse, nil respuisse, nil suscepisse, nisi quod vel illa vel vices apostolicae sedis ibi reservantes diffinierunt, proiecerunt vel admiserunt, penitus agnoscat, et – sicut in relatione sua, quam ad piae recordationis suae Marcianum augustum habuit, invenitur – prima ruina Dioscori, quia epistolam s. Leonis recitari prohibuit, exstitit, dum sic aiunt: Nos igitur consedentes et universo orbe factae tempestatis cuasam inquirentes huius rei auctorem comperimus Dioscorum quondam Alexandrinorum episcopum, primum quidem, quia epistolam a sanctissimo archiepiscopo senioris Romae Leone directam ad sanctae memoriae Flavianum quondam Constantinopolitanae urbis episcopum recitari prohibuit“.¹

Probe notandum est, apud s. Nicolaum papam I. etiam argumentationis rationem ac vim fere omnino easdem esse atque in scholio nostro Slavico. Eodem modo atque in scholio Slavico apud s. Nicolaum quoque in eo contextu enuntiatur, sine consensu Romani pontificis concilium eocumenicum non dari: „Siquidem cum nos inter alia commemorassemus, quod multotiens conventus factus fuerit sanctorum patrum, a quibus et deliberatum ac observatum exstitit, qualiter absque Romanae sedis Romanique pontificis consensu nullius insurgentis deliberationis terminus daretur . . .² Observandum est, hanc praecise enuntiationem s. Nicolai papae I. Byzantinis minime placuisse; quapropter „absque“ eraso ab ipsis substitutam esse praepositionem „cum“, quo pacto sensus propositionis Nicolai-anuae omnino mutatus est.³

Eadem ratione praeterea atque in scholio nostro Slavico effertur conclusio: Quod Romanus pontifex disponit, id in concilio oecumenico primas partes obtinet: „ita ut Chalcedonensis magna synodus nil diffinisse, nil respuisse, nil suscepisse, nisi quod vel illa (sc. epist.

¹ MGH, Epist. VI p. 493.

² MGH, Epist. VI p. 493. Cf. quoque epistolam s. Nicolai papae I. ad Michaelem imperatorem III. die 25. Sept. 860 missam, MGH, Epist. VI p. 434.

³ MGH, Epist. VI p. 493 sq.

dogmatica ad Flavianum) vel vices apostolicae sedis ibi reservantes diffinierunt, proiecerunt vel admiserunt, penitus agnoscat... Sed quid per singularum concilia synodorum immoremur, cum in omnibus illis semper ab apostolica sede scriptum prolatum et ordine praeponatur et auctoritate scripturis ceteris antecellat...¹

Omnibus simul consideratis valde probabile, si non certum, esse videtur, auctorem scholii Slavici, ad doctrinam quoque de synodo oecumenica ex epistolis Leonis probandam quod attinet, a s. Nicolao papa I. pendere.

Si tandem scholium Slavicum ad elenchum conciliorum oecumenicorum, qui in cap. 1 Vitae Methodii exhibetur, comparemus, neminem quendam doctrinae, conditionem Romani pontificis in concilio oecumenico quod spectat, in utroque documento enuntiatae, comprehendere possumus.²

Sectio tertia.

Auctor scholii de primatu Romani pontificis.

84. Si nunc, analysi totius scholii Slavici peracta, auctorem scholii designare conemur, dicere possumus:

1º eum fuisse genere Graecum vel saltem in Graeco sermone et terminologia ecclesiastica Graeca apprime excultum — hoc affirmari potest ut certum;

2º eum praeter documenta ecclesiae Byzantinae bene novisse quaedam documenta Romanorum pontificum, in quibus sermo fit de primatus Romanae sedis origine divina, praesertim epistolas s. Leonis I. et s. Nicolai I. — hoc affirmo de s. Leone ut certum, de s. Nicolao ut valde probabile;

3º eum non scripsisse ante pugnam Photium inter et Romanum pontificem exortam — valde probabile;

4º eum non scripsisse post concilium 8. oecumenicum — probabile.

85. Si varias hypotheses respiciamus, quas eruditissimi auctores de nostro scholio proposuerunt ad originem eius elucidandam, investigatis scholii terminologia, argumento eiusque fontibus, ad ea,

¹ Ibidem.

² Cf. supra p. 23 sqq.

quae superius de sententiis Pavlov, Rutkovskij, Weingart, Beneševič dicta manent,¹ de ceteris haec addenda videntur:

Sententia M. Jugie² ex analysi theologico-historica scholii per se nullis difficultatibus maioris momenti obnoxia esse videtur, attamen, inspecta s. Methodii indole, prout ea e fontibus hagiographicis elucet, minus illi videntur convenire subtilitates theologicae et historicae, quae in scholio nostro toties occurunt. Praeterea difficilius videtur auctor scholii post concilium 8. oecumenicum iam 15 elapsis annis sic de patriarchatibus Hierosolymitano et Constantinopolitano locutus esse, praecipue si spectentur relationes, quae tunc temporis inter Joannem papam VIII. et Photium patriarcham vigebant.

Sententia item prof. Dvorník,³ si locus originis scholii spectetur, ex supra expositis, videtur retineri posse, attamen, ad tempus compositionis quod attinet, ad plura gravioris momenti puncta, quae in scholio nostro perpendenda sunt, non attendit et ideo probari non potest.

Si omnium, quae circa scholium Slavicum supra exposuimus, ratio habeatur, non iam tam improbabilis videbitur sententia, quam in primo congressu Byzantinorum studiorum a. 1927 Belgradi habito proposuit prof. Grivec et postea in *Byzantinische Zeitschrift* anno 1929.⁴ Secundum hypothesis prof. Grivec scholium nostrum Graeco sermone composuit Romae s. Constantinus-Cyrillus, postea vero s. Methodius vel discipuli utriusque una cum nomocanone Joannis Scholastici in sermonem Slavicum transtulerunt.

86. Auctorem scholii esse s. Constantinus-Cyrillum praeter neminem internum, qui inter scholium et elenchum conciliorum in cap. 1 Vitae Methodii viget, suadetur praesertim circumstantiis temporis, in quibus scholium nostrum ortum esse comprobatur, quaeque cum s. Constantini-Cyrilli Romana commemoratione coincidunt.

Prudentia ecclesiae revera postulabat, ut ante ordinationem discipulorum Slavicorum et ante dioecesis Pannonicae (Moravicae) institutionem ss. fratres Thessalonicenses eorumque discipuli doctrinam suam de primatu Romani pontificis accuratius proponerent, eo

¹ Vide supra p. 58–65.

² Cf. supra p. 53.

³ Cf. supra p. 56 sq.

⁴ Cf. supra p. 55.

magis, cum tunc temporis Roma rumoribus de Photio turbata fuit.¹

Teste Vita Methodii, cap. 6, multi erant adversarii liturgiae Slavicae, a ss. Slavorum apostolis introductae;² hi adversarii probabiliter dubia de fide neopresbyterorum Slavorum movebant. Teste Vita Constantini, cap. 17 et 18, Cyrillus Romae multum (integro a. 868) quaestionibus disputationibusque theologicis occupabatur.³ Ipse quoque Anastasius bibliothecarius in sua ad Karolum Calvum epistola de mira s. Constantini-Cyrilli ingenii profunditate atque eruditione praeclarum nobis testimonium reliquit: „Denique vir magnus et apostolicae vitae praceptor Constantinus philosophus, qui Romanum sub venerabilis memoriae Adriano iuniori papa veniens sancti Clementis corpus sedi suaee restituit quique totum codicem saepe memorati et memorandi patris memoriae commendaverat et, quantum utilitatis medulla eius habeat auditoribus commendabat, solitus erat dicere, quia, si sanctos, videlicet priores institutores nostros, qui haereticos vix et quodammodo cum fuste deccollaverunt, Dionysium contigisset habere, cum acuto illos procul dubio gladio trucidassent, innuens profecto haec dicens, quia quorum os laboriosius et forte tardius obstruxerunt, facilius et acutius sive velocius- oxy quippe et acutum signat et velox- obmutescere coegissent“.⁴

87. Huius hypotheseos ope facili negotio explicatur, quomodo auctor scholii, sermone et cultu Graecus, sententias Romanorum pontificum, non tantum s. Leonis I. et Gelasii I., verum etiam s. Nicolai I. tam accurate reddere potuerit. Vita Constantini, cap. 17, nobis narrat, Arsenium episcopum et Anastasium bibliothecarium munere ducis et comitis in Romae sanctuariis visitandis esse functos.⁵ Ea quoque, quae Anastasius bibliothecarius ipse de s. Constantino-Cyrillo nobis tradit,⁶ non solum summam illius in s. Slavorum apostolum venerationem ob eius ingenium, eruditionem, sanctitatem testantur sed etiam ostendunt, utrumque multum de rebus theologicis et his-

¹ Cf. Grivec, De ss. Cyrilli et Methodii ad Photium relatione, Bogoslovni vestnik 13, p. 249–50.

² Edit. Lavrov, Материалы p. 72.

³ Edit. Lavrov, Материалы 34 sq.

⁴ MGH, Epist. VII p. 433—34.

⁵ Edit. Lavrov, Материалы p. 34.

⁶ MGH, Epist. VII p. 403—15; 430—34; 435—38. Cf. apud Pastrnek, Dějiny p. 245—48.

toricis inter se tractasse. Facile intelligitur, s. Constantimum-Cyrillum studio non parvo cum eruditissimo totius Romae communicasse viro, qui in Libro pontificali tamquam „tam Graeco quam Latino eloquio pollens“ designatur.¹

Indagationes recentiores ex altera parte ostenderunt, in s. Nicolai papae I. epistolis, praesertim ad res Orientales quod attinet, redigendis ac conscribendis magnam adscribendam esse partem Anastasio bibliothecario.² Scientia Graeci sermonis singularis, eruditio non communis, docta critica, praesertim vero notitia documentorum parum notorum accurata, sive ius canonicum sive historiam ecclesiasticam spectantium, omnia haec sunt signa, quae specialem Anastasii bibliothecarii in epistolis conscribendis operam manifestant. Praesertim ista valent de grandi illa epistola a. 865 ad Michaelem imperatorem directa, de Responsis praeterea ad consulta Bulgarorum et de epistola ad Hincmarum ceterosque archiepiscopos et episcopos in regno Karoli Calvi constitutos paulo ante mortem s. Nicolai I. missa.³

Si rationem habeamus facti, tunc temporis gravitatem Photii in Romanam ecclesiam impetus criminatumque a maximis ingeniis Romae bene perspectam fuisse, quod ex s. Nicolai I. papae epistolis, praesertim hac ultima ad Hincmarum ceterosque missa, sole clarius elucet, facile intelligitur, Anastasium et s. Constantimum-Cyrillum de primatu Romani pontificis tractare debuisse.

Patet, Anastasium bibliothecarium hac in re de epistolis a s. Nicolao ad Orientales missis haud siluisse. Probabile est, ab Anastasio bibliothecario ipso s. Constantimum ad epistolas quoque s. Leonis I. papae ceteraque documenta Romanorum pontificum attentum factum esse. Quo pacto aliqua ratione saltem origo scholii nostri de primatu Romani pontificis explicari possit.

Fortasse vestigium quoddam disputationum theologicarum inter s. Constantimum-Cyrillum et Anastasium bibliothecarium conspicere

¹ Edit. L. Duchesne, T. II p. 222. De Anastasio bibliothecario praeter A. Lapôtre, De Anastasio bibliothecario sedis apostolicae (Paris 1885) p. 14 sqq. consulatur praesertim E. Perels, Papst Nikolaus und Anastasius Bibliothecarius Ein Beitrag zur Geschichte des Papstums im neunten Jahrhundert (Berlin 1920) p. 181—322.

² Cf. E. Perels, Papst Nikolaus und Anastasius Bibliotecarius p. 242—80.

³ E. Perels, o. c. p. 266 sqq. 306—16.

licet in praefatione Anastasii bibliothecarii ad acta 8. concilii oecumenici Latine versa, ubi de „Constantino philosopho magnae sanctitatis viro fortissimo eius (sc. Photii) amico“ sermo fit.¹ Attentionem meretur illa firma in supernaturalem indolem doctrinae ecclesiasticae mentis intentio, quae in vituperatione s. Constantini-Cyrilli contra Photii saecularem ac prophanam agendi docendique rationem manifestatur. Eadem firma de supernaturali indole ecclesiasticae constitutionis persuasio etiam in scholio Slavico de primatus Romani origine divina, contra Byzantinorum de primatus ecclesiastici fundamento saeculari doctrinam enuntiata, deprehenditur.

CONCLUSIO

88. Analysis praecipuorum textuum, ex quibus ss. Cyrilli et Methodii doctrina de Romani pontificis primatu eruitur, perspicientiam aliquam in eorum mentem nobis praebere potest. Doctrina, quam de ecclesia eiusque primatu evolvunt, indolem Orientalem praesefert: primatus Romanorum pontificum praecipue in conciliis oecumenicis manifestari traditur. In eorum doctrina de primatu traditiones antiquae Orientis christiani incorruptae cum doctrina Romanorum pontificum apte connectuntur. Ss. fratres Thessalonicenses saecularem Byzantinorum de primatus ecclesiae fundamento politico cogitanti rationem firmiter recusant et secundum traditiones antiquas ecclesiae universalis originem apostolicam et divinam ordinis sacerdotalis et supremae ecclesiasticae potestatis inculcant.

Si consideremus praeterea indolem ss. fratrum, eximiam sanctitatem redolentem, minime poterit sustineri hypothesis, secundum quam ss. fratres Photii unquam in pugna contra Romanam sedem sequaces fuissent. Loci minus clari et indeterminati in Vitis, ubi sermo vel potius silentium est de ss. fratrum ad Constantinopolitum patriarcham necessitudine, nec minimam nobis ansam praebent

¹ MGH, Epist. VII p. 407. Cf. J. Ledit, Les Légendes slaves des ss. Cyrille et Méthode. Gregorianum 14 (Roma 1933) p. 547—48.

suspicandi ss. fratres contra persuasionem ac doctrinam unquam suam egisse. Factum, in Vitis ss. fratrum de pugna Photium inter et Ignatium vel de Photii contra Romanam sedem impugnationibus silentium observari, variis modis explicari potest.¹ Hodie considerari potest etiam hypothesis, argumentis non spernendis confirmata, ea aetate, qua Vitae conscriptae ab eruditis rerum Slavicarum peritis esse censentur, Photium in pace cum Romana ecclesia vixisse.² In talibus circumstantiis revera minus conveniens videri poterat, in scriptis hagiographicis, ad simplicem populum usumque liturgicum destinatis, de tristi historia Photii contra Ignatium et adversus Romanam ecclesiam pugnae sermonem texere. Ss. fratrum Thessalonicensium hac in re cogitandi ratio ac doctrina tam ex documentis Romanae sedis quam ex eorum utraque Vita Slavica et probabiliter ex scholio Slavico satis elucet.

LIBER SECUNDUS

DOCTRINA S. NICOLAI PAPAE DE PRIMATU ROMANI PONTIFICIS

INRODUCTIO

1. Iam in expositione ss. Cyrilli et Methodii circa primatum Romanum doctrinae saepius s. Nicolaum papam I. de eodem arguento testificari libuit. Unde et doctrinam eius penitus cognoscendi propositum mente concepi, persuasum habens, inquisitionem talem

¹ Cf. Grivec, Pravovernost sv. Cirila in Metoda, Bogoslovni vestnik I p. 18—28.

² Cf. E. Amann, Jean VIII, Dict. de théol. cath. VIII 601—615; Fr. Dvorník, Les Légendes de Constantin et de Méthode vues de Byzance p. 313—330; V. Grumel, Y eut-il un second schisme de Photius? Revue des sciences philosophiques et théologiques XXII (Paris 1933) p. 432—57; Fr. Dvorník, Le second schisme de Photius. Une mystification historique, Byzantion VIII (Paris-Liège 1933) p. 425—74.

studiis etiam Orientalibus lucem quandam novam afferre posse.

Constat enim, tempore s. Nicolai I. papae lugubre dissidium Byzantinum esse inchoatum. Inter causas dissidii efficientes inde a saeculo XVI a theologis et historiographis Orientis separati ambitio dominandique cupidus Romanorum pontificum, imprimis Nicolai I. afferri consuevit, imo ab initio s. XIX ea ratio tamquam praecipua ac principalis communiter assignatur.

Audiatur testis pro s. XVII Graecus Maximus Peloponnesius: „Vulgatus principatus papae est causa dissidii ecclesiarum”.¹ Eodem modo loquuntur auctores Russi (inde a s. XIX), v. g. protoiereus Alexander Alexeevič Lebedev: „Romani pontificis suo ambitioso agendi modo historiam antecesserunt eorumque culpa separatio accidit, antequam haec suprema potestas (non iuris divini, sed canonici tantum) de facto in ecclesia institueretur”;² prof. historiae ecclesiasticae Alexius Petrovič Lebedev: „Petitiones papales ad singularem progressum pertingunt inde a saeculo IX. Papa potestatem exercere vult etiam in negotiis ecclesiae Orientalis, quemadmodum et ecclesiae Occidentalis tenebat imperium. Custos vero rationum ecclesiae Orientalis illius temporis, Photius scilicet patriarcha, papalem arrogantiam retudit et propter hoc anathema papale in se convertit”;³ Th. M. Rossejkin: „Nicolaus I. papa, vir opinorum acriter definitarum, indolis rectae ac firmae, papa ferreus, assecla persuasus et propugnator fortis systematis papalis, manifestavit Constantinopoli suas apertas, insolenter claras praetensiones su-

¹ Ἐγχειρίδιον κατὰ τοῦ σχίσματος τῶν παπιστῶν (Bucarestii 1690) apud M. Juge, Theologia dogmatica christianorum Orientalium I p. 381.

² О главенствѣ папы, Разности православныхъ и папистовъ въ ученіи о церкви, т. III, ed. 2 (Petrograd 1903) p. 174—77.

³ Исторія раздѣленія церквей, ed. 2 (Москва 1900) p. 343, 347 sq.; pag. 65—103. Aliter originem schismatis explicat historiographus eruditissimus in altero opere suo Духовенство древней вселенской церкви (Москва 1905) p. 243—44: Константинопольский патриархъ сдѣлался почти такимъ же папой Востока, какимъ на Западѣ былъ римскій епископъ. Естественно, между этими друмя папами происходила многовѣковая борьба, разрѣшившаяся раздѣленіемъ церквей. Раздѣленіе церквей — это есть вѣковѣчное свидѣтельство, что два великаны — іерарха, послѣ безплодной борьбы нѣкогда разошлись, сложили оружіе, не видѣвъ возможности побѣдить одинъ другаго.

prematiae in universalem ecclesiam. Responsum Constantinopolis, a Photio verbis declaratum, eiusque sequelae constant.¹

2. Imo aliqui auctores Orientis separati eo usque procedunt, ut non modo causam schismatis in absolutismo papali reponant, sed etiam contendant, monarchiam papalem, i. e. primatum iurisdictionis super universam ecclesiam, non esse saeculo IX. antiquorem eiusque adinventorem ac primum propugnatorem fuisse Nicolaum I.

Haec sententia proponitur in quadam epistola encyclica patriarchae oecumenici a. 1863 data: „Inde a Nicolao I. Romana ecclesia in papismum delapsa est“.² Eandem thesim fuse evolvunt apostata Vladimirus Guettée in suo opere ab auctoribus separatis Russis summopere laudato, *La papauté schismatique, ou Rome dans ses rapports avec l'Église orientale*, Paris 1863, et recenter archiepiscopus Atheniensis Chrysostomus Papadopoulos in suo scripto polemico de primatu Rōmani episcopi. Chrysostomus Papadopoulos valde frequenter repetit, primatum Romanum, primatum absolutum, primatum auctoritatis non nisi saeculo IX. ortum esse, Romanos pontifices autem inde a Nicolao I. hanc theoriam supra documenta comentitia (*Donatio Constantini et Decretales pseudo-Isidori*) et interpretationem fallacem decretorum synodalium fulsisse et ita lugubre schisma Occidentalis ecclesiae provocasse.³

Ex enuntiatis supra allegatis appareat, non fore supervacaneum ad originem schismatis Orientalibus separatis illustrandam, inquirere

¹ Восточный папизмъ въ IX вѣкѣ, Богословскій Вѣстникъ 1915, II, р. 107. Cf. p. 408 sq.: „Высказался Римъ; Фотій дѣлалъ выводы. Два основныхъ вывода, вскрывшіе противоположность точекъ зрењія Востока и Запада въ области догмы и въ основахъ церковной организаціи, хорошо извѣстны. 1. Римъ высказался за Filioque; Востокъ его отвергъ. 2. Римъ ищетъ супрематіи и хочетъ системы папства; Востокъ удерживаетъ принципъ независимости помѣстныхъ церквей и идею вселенской соборности. Это были главные пункты расхожденія.

² „Ἀπὸ Νικολάου τοῦ Αἴ ἡ Ῥωμαναὶ Ἐκκλησία ὥπερεσεν εἰς τὸν παπισμόν.“ Apud Jugie, *Theologia dogmatica christianorum Orientalium* I, p. 386.

³ „Τὸ πρωτεῖον τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης, ἰστορικὴ καὶ κριτικὴ μελέτη (Ἀθῆναι 1930) p. 135—44, 179, 203, 216, 265, 269, 277, 323. V. g. p. 144 sq.: „ἐπὶ τοιούτων τερατωδῶν παρερμηνειῶν καὶ ἐπὶ πλαστῶν δεκρεταλίων, ἐπὶ ψευδῶν μαρτυριῶν καὶ γνωμῶν δι πάπας Νικόλαος ἔζητει νὰ στηριζῃ τὰς παραλόγους ἀξιώσεις αὐτοῦ, δι’ ᾧ ἔμελλε νὰ προκαλέσῃ τὸ ἀξιοθρήμητον σχίσμα τῆς δυτικῆς Ἐκκλησίας; p. 179: „Δυστυχῶς τὸ ἐπὶ τῇ βάσει τῶν ψευδοίσιδορειων διατάξεων καὶ τῆς πλαστῆς Δωρεᾶς, Κων-

in genuinam s. Nicolai I. papae circa primatum Romanum mentem atque doctrinam. Habentur iam disquisitiones circa Photii doctrinam de primatu, desiderantur autem adhuc investigationes theologico-historicae circa doctrinam Nicolai papae I. de primatu Romano.

3. Constat praeterea, s. Nicolaum papam I. non tantum in epistolis, res Orientales praecipue causam Ignatii et Photii, spectantibus, sed etiam in epistolis, quae alias causas, in ecclesia nempe Occidentali exortas, ordinabant, doctrinam de primatu Romano fuse exposuisse. Quia doctrina in epistolis Nicolai, sive ad Orientales, sive ad Occidentales directis, exposita sat arcte sibi cohaeret et quasi unum corpus efformat, ad integrum doctrinam Nicolai cognoscendam etiam epistolae ad causas Occidentales pertinentes investigandae sunt.

Ex eadem ratione facile quoque explicatur, cur etiam auctores protestantes et veterocatholici Nicolao I. papae tam vehementer innovationes, praesertim doctrinam de Romano pontifice quod spectat, obciant. Audiatur ex protestantibus v. g. H. Böhmer, communem eorum sententiam referens:¹ „Aber die weltgeschichtliche Bedeutung seines Pontifikates beruht nicht auf dem, was er in Rom und für Rom schuf, sondern auf der Stellung, die er in den großen kirchlichen Streit- und Zeitfragen einnahm. Indem er diese Fragen vor sein Forum zog, hat er 1. eine neue Anschauung von der Würde und der Macht des Papsttums begründet und zugleich 2. in eindrucksvollster Weise diese neue Anschauung praktisch geltend gemacht und dem Papsttum eine Weltstellung erobert, wie es sie nie zuvor im Abendlande besessen hatte.“ In sequentibus quidem concedit Böhmer iam Gelasium I. classico modo praetensiones papatus formulasse, quas Nicolaus I. renovasset et executioni mandandas curasset; pariter affirmat, Pseudo-Isidoram (!) quidem viam eius sententiis perasse, attamen Nicolaum doctrinam suam non primo ex ea hausisse, sed eam tamquam fructum cogitationis suaee protulisse:

σταυτίνον διαμορφωθὲν νέον πρωτεῖον μοναρχικῆς ἐξουσίας, τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, προσέδιδεν ἀπότομον χαρακτῆρα εἰς τὰς διαφορὰς ταύτας. Οἱ πάπαι· Ρώμης δὲν πρεσβεύοντιν ἀπλῶς ὅτι εἶναι διάδοχοι τοῦ Ἀπ. Πέτρου καὶ κληρονόμοι τῶν ἐξαιρετικῶν προνομίων αὐτοῦ, ἀλλ’ ἀπὸ τοῦ Νικολάου α’. ξητοῦσι καὶ νὰ ἐπιβάλωσι τὴν μοναρχικὴν αὐτῶν ἐξουσίαν ἐπὶ τῆς ὅλης Ἐκκλησίας . . .“

¹ Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche, Bd. 14, ed. 3. (Leipzig 1904) p. 68.

Ce dernier épisode, spécialement instructif, ainsi que d'autres constatations de principes et de faits, montrent clairement quelle grande différence il y a entre les Communautés protestantes et les Chrétientés orientales. Celles-ci possèdent, „à l'exclusion de ce qui met son dernier sceau à l'unité ecclésiastique, le plus grand nombre des éléments primordiaux constitutifs de l'Eglise... Aussi bien l'Eglise catholique a-t-elle toujours fait une grande différence, dans ses démarches officielles, entre les confessions protestantes et les Chrétientés orthodoxes. Soit dans la manière de s'exprimer à leur sujet, où souvent le mot *Eglise* est employé lorsqu'il est question de celles-ci, bien qu'on évite aussi parfois d'en user, alors qu'il ne l'est jamais lorsqu'il est question de celles-là. Soit dans sa manière d'envisager la réunion avec elles. C'est un fait que, avec les Chrétientés orthodoxes, l'Eglise catholique a toujours cherché une réunion en corps, une réconciliation procédant par la hiérarchie, et que, dans ces tentatives d'union, les Chrétientés orientales ont été traitées comme de véritables corps ecclésiastiques, comme des Eglises particulières coupées de la communion catholique, mais ayant conservé, en leur état de séparation, une réelle consistance d'Eglise locale. Les unions de Lyon (1274), de Florence (1438-39), de Brest (1595), pour ne parler que des plus importantes, illustrent tout à fait ce que nous venons de dire, et sont riches d'enseignements pour l'avenir... Tandis que, pour les protestants, il s'agit presque uniquement d'union à l'*Eglise*, — pour les Chrétientés orientales il ne

¹ „Le texte en a été publié dans la *Semaine religieuse* d'un grand nombre de diocèses de France. On le trouve dans la plaquette du chanoine Quénet, *Cérémonies de l'abjuration d'un hérétique ou d'un schismatique*, Paris, de Gigord, 1936, pp. 25-29.“ Note du P. Congar, p. 299.

serait pas faux, à condition de s'expliquer, de parler de *réunion des Eglises*; il serait d'ailleurs plus juste de parler *d'intégration d'Eglises particulières imparfaites dans l'Eglise.*¹

D'où cette autre conclusion, d'une non moins grande importance théologique et pratique, touchant la dénomination de *frères séparés*:

„... Nous connaissons bien l'adage célèbre : *Diligite homines, interficite errores* (S. Augustin, *Contra lit. Petil.*, l. I, c. 29, *P. L.*, 43, 259); mais nous ne le mettons pas toujours bien en pratique. Nous ne distinguons pas toujours assez l'hérésie, qui est un système faux, et les personnes, qui sont des êtres vivants et qui, au point de vue réel, quelque soit celui du droit, sont rarement de vrais hérétiques. Elles sont nées dans une forme erronée du christianisme, où nous serions moins bons qu'elles si nous y étions nés nous-mêmes; et l'adhésion qu'elles lui donnent ne représente que rarement une adhésion à l'hérésie comme telle, mais d'abord une adhésion au christianisme et au Christ. Dès lors, l'expression de *frères séparés* n'est pas une pieuse exagération, un titre protocolaire, une formule sans contenu réel, mais la désignation d'une réalité profonde et vraie, et qui engage toute une manière de considérer les choses. Car dès lors, et bien que l'un et l'autre à leur place soient nécessaires, plutôt qu'en acculant les autres à devenir réellement nos frères à force de leur montrer le caractère injustifié et absurde de *l'être séparé*, n'est-ce pas en les aidant à *accomplir* ce qu'ils ont déjà réellement de fraternel, que nous les amènerons le mieux à surmonter ce en quoi ils sont encore, à notre détriment et pour notre peine à tous, des séparés?“²

Il nous faut donc, quand nous parlons de *frères séparés*, surtout à propos des chrétiens orientaux, mettre l'accent sur la *fraternité*, afin de mieux préparer un terme à la *séparation*. Car la *réunion* est un but à envisager très sérieusement.

„Entre l'Orient et nous, des unions partielles ont été déjà réalisées, et pas seulement des unions diplomatiques conclues avec des hiérarchies, mais des unions réelles et vivantes, réalisées vraiment

¹ Cet optimisme surnaturel d'un théologien très averti nous paraît éminemment apte à légitimer et à propager le nécessaire optimisme de la prière, de la espérance, de l'étude, de la charité.

² Congar, p. p. 299—307.

avec le peuple fidèle. La plupart des différences ne résisteraient pas à une réelle volonté d'entente et d'union. Deux choses d'un prix inestimable nous sont communes, qui sont comme un gage et un agent d'union mis au cœur même des Eglises : l'Eucharistie, qui est le sacrement même de l'unité, et le culte de la Vierge Marie, Notre-Dame d'avant les abîmes Notre-Dame d'avant toutes nos divisions (*Nondum erant abyssi et ego concepta eram*. Avec l'Orient, nous avons la ferme conviction que l'union se fera un jour. Comment se produira-t-elle ? Le mouvement partira-t-il de l'Eglise russe, de l'Eglise roumaine, nous ne le savons pas, mais peut-être ces deux Chrétientés offriront-elles, pour cette grande œuvre, des possibilités particulières. En tout cas, une union avec les Eglises orientales est celle dont la procédure recèle le moins d'inconnu. Du côté de Rome, en effet, des déclarations assez précises ont été faites, une sorte de jurisprudence s'est constituée, dont il est certain qu'on s'inspirerait dans le cas d'une réunion. Il serait à souhaiter qu'un travail d'ensemble rassemblât et mit en lumière ces différents éléments de ce qu'on pourrait appeler une jurisprudence de la réunion. Ce serait une manière, nullement imaginative celle-là, mais réaliste et profitable, de déterminer d'une façon plus concrète les possibilités de réunion.”¹

Réunion : objet de prière et d'espoir. C'est sur cette pensée finale que nous voulons terminer nous-même cette sorte d'anthologie extraite du livre du P. Congar.

„Il en est de la réunion un peu comme de la parousie du Seigneur : Dieu seul en connaît le temps, et vouloir en fixer le jour ou en déterminer le mode serait vain. Comme ce n'est pas une chose que pourraient procurer, telle quelle, des causes en notre pouvoir, mais la seule toute-puissance miséricordieuse de Dieu, c'est pour nous, avant tout, un *objet de prière et d'espérance théologale*. Notre malice et nos péchés ont mis au tombeau l'unité sans déchirure du Corps de Chrétienté et, pesant en nos esprits les obstacles humainement insurmontables qui s'opposent à sa renaissance, nous nous prenons à demander, comme les saintes femmes porteuses d'aromates : „Qui nous enlèvera la pierre à l'entrée du sépulcre ?“ Mais

¹ Congar, p. 341-342.

déjà peut-être les Anges de Dieu ont reçu des missions que nous ne prévoyons pas . . . Aedificans Jerusalem Dominus, Dispersiones Israelis congregabit (Ps. 146, 2)."¹

DE PRAEPARATIONE DEFINITIONIS CONCILII FLORENTINI DE SS. EUCHARISTIA

P. Georgius Hofmann, S. J.

In bulla unionis graecorum die 6. iulii 1439 solemniter promulgata habetur haec definitio :

Item (diffinimus), in azymo, sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta suae ecclesiae sive occidentalis sive orientalis consuetudinem.

"Ἐτι, ἐν ἀξύμῳ ή ἐνξύμῳ ἀρτῷ σιτίνῳ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα τελεῖσθαι ἀληθῶς, τούς τε ίερεῖς ἐν θατέρῳ αὐτῷ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου διφείλειν τελεῖν, ἔκαστον δηλονότι κατὰ τὴν τῆς ἴδιας ἐκκλησίας, εἴτε δυτικῆς, εἴτε ἀνατολικῆς, συνήθειαν.

Quomodo haec definitio in concilio Florentino praeparata fuerit, ex fontibus eiusdem concilii historice inquirere studemus. Hunc articulum unice ad ea restringimus, quae formulam definitionis supradictam respiciunt; discussiones et argumenta de forma sanctissimi Sacramenti (verbis consecrationis) solum indirecte et brevissime tangimus, in quantum quaestio de formula definitionis provisoria (confer n. I, IV) deliberatur. Praeterea decretum pro Armenis hac inquisitione non consideratur.

¹ Congar p. 344-345. Deux remarques de détail. Page 258, note, est signalé le livre de F. Grenard, *La Révolution Russe* (Paris, Collin, 1934) dont il est dit: „nous ne connaissons ce livre que par de recensions“. Pourquoi donc ne l'avoir pas connu directement, puisqu'il s'agit d'un volume récent édité à Paris? — Page 363: l'exposé de la divergence concernant l'épiclèse eucharistique pourrait être un peu plus nuancé.

I.

Deputati graeci coram Papa.

8. VI. 1439.

Post concordiam in articulo de processione Spiritus sancti die 8. iunii 1439 habitam Papa coram quattuor deputatis graecis, scilicet metropolitis Isidoro Kioviensi, Bessarione Nicaeno, Dorotheo Trapenzuntino, Dorotheo Mitylinensi die 9. iunii suum desiderium de solvendis ceteris quaestionibus controversis aperuit. Inter quas erat articulus de materia et forma sanctissimi Sacramenti altaris, scilicet de azymo et fermentato, et de consecratione:¹ καὶ τοῦ ἐνξύμου καὶ τοῦ ἀξύμου, καὶ τῆς θείας μυσταγωγίας ἔξετάσωμεν. Graeci² panem triticeum ut materiam Eucharistiae admittebant, declaraveruntque ulteriorem quaestionem, an iste panis triticeus sit fermentatus aut azymus, ut indifferentem; dixerunt praeterea ministrum debere esse sacerdotem et locum sacrificii debere esse consecratum.

Καὶ ἔξητήθη πρῶτον περὶ τῆς θυσίας τοῦ ἐνξύμου καὶ τοῦ ἀξύμου.

Καὶ διεκρίθη, δτι νὰ ἦ ἀπὸ σίτου, καὶ ἵνα ὑπάρχῃ ὁ ἱερουργὸς πεχειροτονημένος, καὶ ὁ τόπος καθιερωμένος, καὶ ἵνα ὕσιν ἀδιάφορα ἔκάτερα.

Et quae situm est primum de sacrificio fermentati et azymi.

Et decisum est, ut (sacrificium ex tritico sit, minister sit ordinatus, locusque consecratus, et utrumque (fermentatum sive azymum) sit indifferentis.

Ex responso graecorum eodem die latinis ad quaestionem latinorum de forma Eucharistiae dato citamus hunc locum,³ qui definitio- nem bullae unionis suprascriptam illustrabit.

ἡμεῖς εἴπομεν, δτι δμολογοῦμεν διὰ τῶν δημάτων τούτων τελειωῦσθαι τὸν θεῖον ἄρτον καὶ γίνεσθαι σῶμα Χριστοῦ.

Fateri nos diximus per illa verba (scilicet consecrationis) divinum panem perfici et fieri corpus Christi;

¹ Mansi 31A : 1004 D.

² Mansi 31A : 1004 E.

³ Mansi 31A : 1005 B.

Qui hoc responsum graecorum cum formula definitionis comparaverit, haec notare potest.

DEFINITIO

RESPONSUM GRAECORUM

pane triticeo	$\ddot{\alpha}\rho\tau\omega$ σιτίνῳ	$\dot{\alpha}\pi\dot{\omega}$ σίτου
in azymo sive fermentato	$\dot{\alpha}\xi\mu\omega$ ἢ ἐνζύμῳ	$\dot{\alpha}\delta\iota\dot{\alpha}\phi\omega\alpha$ ἐκάτερα
sacerdotes	ἱερεῖς	οἱ Ἱερονοργὸς κεχειροτονημένος.
in . . . pane triti- ceo	$\ddot{\alpha}\rho\tau\omega$ σιτίνῳ	
— — — — —		οἱ τόπος καθιερωμένος
corpus Christi veraciter confici	τὸ τοῦ Χριστοῦ τελειοῦσθαι τὸν θεῖον ἀρτον καὶ σῶμα τελεῖσθαι γίνεσθαι σῶμα Χριστοῦ ἀληθῶς	τελειοῦσθαι τὸν θεῖον ἀρτον καὶ σῶμα Χριστοῦ γίνεσθαι σῶμα Χριστοῦ ἀληθῶς

II.

Formula Papae.

10. VI. 1439.

Papa delegatis graecis die 10. iunii formulam tradidit deliberandam, quae de primatu Papae, de Novissimis, de Eucharistia, de substantia divina et operatione (energia) agebat. Haec erant ibidem de sanctissimo Sacramento altaris dicta:¹

Τρίτον, ὅτι τὸ ἄξυμον καὶ τὸ ἐνζύμον ἀδιάφορόν ἐστιν· μόνον εἰ ἐστιν ἀπὸ σίτου, καὶ ἀπὸ Ἱερέως, καὶ ἐπὶ τόπου Ἱεροῦ.

Tertium: azymum et fermentatum indifferentia sunt, dummodo ex tritico sit, et a sacerdote, atque in loco sacro.

Haec formula Papae est identica quoad sensum et etiam penitus fere quoad tenorem verbalem cum responso graecorum in n. I. re-lato. Quia Summus Pontifex formulam totam scriptam graecis por-rexerat, iudicare possumus illud responsum deputatorum graecorum fuisse etiam scripto Papae consignatum et mox formulae concordiae

¹ Mansi 31 A : 1008 A.

latinorum incorporatum. Iam nunc animadvertere volumus, non omnes sententias huius tertii articuli concordiae in bullam unionis transiisse; deest enim sententia „in loco sacro“. Maior est differen- quoad stilum.

Non est mirandum, quod deputati graeci iterum articulum a Papa eis die 10. iunii oblatum acceptaverunt dicentes:¹

*Tὸ δὲ περὶ τοῦ ἀξύμου καὶ ἐν-
ξύμου, καὶ τοῦτο δεχόμεθα ἀδιακ-
ρίτως.* Illud etiam de azymo et fermentato recipimus sine discussione.

III.

Cedula latinorum.

circa 11. VI. 1439.

Post mortem patriarchae byzantini Joseph II die 10. iunii 1439 deliberationes inter deputatos latinos et graecos non cessaverunt. Immo ante diem 19. iunii latini graecis cedulas novas ut basim decreti unionis proponebant. Formula de Eucharistia huius tenoris² erat:

Vaticanus latinus 4119 : 135^v

Quia circa primatum et consecrationem sanctissimi corporis Domini nostri Jesu Christi supererant dubia, et quia quaestio, an licuerat addere symbolo romanae ecclesiae, in suspenso remanserat, latini patres cedulas has graecis exhibuere . . .

Item (diffinimus), in azymo sive fermentato pane corpus Domini veraciter confici;

sacerdotes quoque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, iuxta suae latinae vel orientalis ecclesiae consuetudinem.

Cur in hac cedula vox *triticeo* sit omissa, nescio. Cum de hoc puncto (pane triticeo) iam utraque pars affirmationem positivam dederit, suspicio oritur Andream de S. Cruce omisisse illam vocem per distractionem. Sed hanc opinionem reiciendam esse puto, ex ratione mox dicenda.

¹ Mansi 31 A : 1008B.

² Relationem historicam Andreae de S. Cruce ex manuscripto primario, Vatic. lat. 4119 citabo cum editio Horatii Giustiniani sit imperfecta.

IV.

**Explicatio formulae a Joanne de Torquemada data.
Allocutiones Papae.**

circa 11. – 20. VI. 1439.

Quia graeci explicationem duarum schedularum, de primatu Papae, de Eucharistia, a latinis petiverant, duo theologi catholici, Johannes de Montenigro O. Pr. et Joannes de Torquemada O. Pr., magister Sacri Palatii, publice coram Papa, imperatore byzantino Joanne VIII Palaeologo et patribus synodalibus latinis et graecis duabus vicibus disseruerunt, prior de primatu Papa, alter de Eucharistia.

Quid Torquemada in duobus sermonibus ad definitionem de Eucharistia illustrandam attulerit, nobis considerandum est. Videamus in primis, quomodo formulas praecedentes citaverit.

Duplicem partem schedulae praecedentis (n. III) distinxit, priorem de materia sanctissimi Sacramenti, alteram de forma.

Vaticanus latinus 4119 :139^r — 139^v.

De iussu et ordinatione Sanctitatis Vestrae, Pater Beatissime, dicam aliqua cum benedictione Sanctitatis Vestrae, de duabus particulis locuturus, quae respiciunt sacramentum sacratissimae Eucharistiae; paucissimis agam, quia omnia, quae dicturus sum, ita puto, clarissima omnibus catholicis christianis, ut non expediat abundare sermone.

Prima particula est, quod in azymo conficitur sacramentum et in fermentato.

In Eucharistia duo sunt consideranda. Primum est materia. Secundum est forma consecrationis, et de istis duobus duae sunt particulae situatae in praesenti cedula.

Prima particula respicit materiam, cum dicat: *in azymo pane sive in fermentato.*

In hac particula duo sunt consideranda, primum id quod necessarium, secundum quod est conveniens sive rationabile.

Quoniam est necessarium in materia huius sacramenti, quod panis sit de frumento, quod autem sit azymus vel fermentatus, non

est de necessitate sacramenti, sed in utroque potest consecrari et hoc dicit cedula: *in azymo sive in fermentato*.

Ex dictis patet recensionem schedulae ab Andrea de S. Cruce datam esse accuratam, id est in schedula latinorum defuisse vocem *triticeo*; nam Torquemada quoque sequitur textum *in azymo sive fermentato pane*, inculcat vero necessitatem panis de *frumento*, argumentum ex notione *panis* desumendo.

De forma Eucharistiae tractans orator sequitur hanc formulam:¹ *Quod verba Salvatoris in confectione prolata* etc. (Vatic. lat. 4119: 140^r). Haec non invenitur in schedula n. III, sed in illa n. I, iam die 8. iunii 1439 a deputatis graecis admissa iuxta propositionem latinorum in **Praktika**² traditam:

Περὶ δὲ τῆς θείας ἱερούγιας ἐξητήθη πρὸς τῶν λατίνων πᾶς τῶν τοῦ Χριστοῦ ὄντων λαληθέντων καὶ τῶν ἀγίων δώρων διὰ τούτων τῶν ὄντων τελειωθέντων.

De divino vero sacrifico quae- situm est a latinis: quomodo pro- latis Christi verbis (consecratio- nis) . . . et sacris „donis“ per illa verba perfectis.

Si bene duo sermones Joannis Torquemada inspiciuntur, hanc formulam fuisse thesim eius apparet: diffinimus in azymo sive fermentato pane *per verba Salvatoris* corpus Domini veraciter confici.

Phrasis *per verba Salvatoris* in schedula latinorum n. III defuit. Sed magister Sacri Palatii explicite verba omissa nominat, sicut iam supra diximus, et ea ut textum schedulae citat. Ergo debet supponi schedulam latinorum fuisse ante sermonem priorem Torquemada auctam. Etiam alii loci huius et sequentis sermonis hoc demonstrant.

Vat. lat. 4119 : 140^r.

Tangam auctoritates ad probandum, quod per sola verba Salvatoris conficiatur corpus Christi.

¹ Contextus est hic (Vat. I. 4119 : 140^r): Consequenter venio ad particulam, ubi tangitur forma consecrationis, ubi dicitur sic in cedula: *Quod verba Salvatoris in confectione prolata* etc. pauca dicam.

² Mansi 31 A : 1004 E, 1005 A.

Vat. lat. 4119 : 141^r

Ita necesse est, ut in nostra cedula, si debeat dari doctrina omnibus fidelibus et maxime simplicibus, qui possent dubitare, an alia verba sanctorum, quae apponenterunt, sint verba de substantia consecrationis vel non, quod ponatur hoc, quod in verbis Salvatoris sit consecratio.

Vat. lat. 4119 : 146^r — 146^v

De mandato Sanctissimi Domini Nostri sermonem brevem faciens, paucissimis utar, et rescindendo multa, breviter tangam, quae, ad propositum faciunt.

Imperator respondens ad praeposita per reverendum dominum cardinalem (Cesarini) dixit inter alia, quod illa particula, quod sacramentum conficiebatur ex solis verbis Salvatoris, non poterat ibi poni.

Torquemada cetera verba schedulae latinorum: *sacerdotes quoque in altero ipsum Domini corpus conficere debere; iuxta suae latinae vel orientalis ecclesiae consuetudinem brevissime tangit in altero sermone hoc modo:*

Vat. lat. 4119 : 148^r

Prosequor secundam partem, quod de necessitate illa particula (scilicet *per verba Salvatoris*) sit ponenda, et est conductio, quod est necessitas, quae arguitur ex duobus. Primo, quia venit in controversiam in tanto coetu, et est necesse, ut nullus possit portare scrupulum, ut haec concordia synodal is sit clarificativa et unitiva inter nos. Secundo ex his, quae occurruunt ad perfectionem sacramenti, et haec sunt quatuor. [1°] materia, quia panis azymus vel fermentatus, 2° forma, scilicet verba, [3°] minister, scilicet sacerdos, [4°] recta intentio, ut intendat conficere. Cum ergo ponantur in cedula tria (scilicet materia, minister intentio), est opportunum, ut quartum ponatur.

Eundem textum amplificatum *per verba Salvatoris* habent allocutiones duae Papae iisdem diebus habitae, quibus sermones Torquemada recitati sunt. Summus Pontifex graecos hortatus est, ut hanc formulam amplificatam acceptarent.

Vat. lat. 4119 : 141.

Isti audiverunt, quae dicta sunt in praesentia Paternitatum Vestrarum et ad complacentiam vestram vobis morem gerere, non autem ut credamus vos omnes non ea tenere ut nos, specialiter in consecratione corporis Domini nostri Jesu Christi, quae perficitur verbis Christi, nec est credendum, quod aliquis Doctor possit dare formam ex verbis eius confectioni corporis Christi; qui viri sanctissimi sicut vos estis, non aliter crediderunt quam alii, quod omnes tenuerunt, quod solis verbis Domini conficeretur, nec propter hoc ponitur in illa cedula, ut credamus id vos ipsos non credere, sed propter rusticos. Materiam azymorum audistis, sicut supra dictum est; non negamus etiam in fermentato posse confici¹ et quamvis multi orientales faciant in fermentato et aliqui in azymis. Ecclesia romana tenet in azymis. Nec dubitamus, quod Dominus noster Jesus Christus sicut nos concordavit in materia processus, quod conveniemus etiam in confectione ista.

Vat. lat. 4119 : 148.^r

Quantum ad secundam partem, quam secundus doctor (Torquemada) dixit, licet non fuisset necesse tractare de verbis Basilii; illa alias declarabuntur. Tamen non puto, quod aliquis sit ita parum intelligens, quod credat, quod possit confici corpus Christi aliter quam ex verbis Salvatoris nostri, non dico rationibus Ambrosii et Jeronimi. Videant consequentiam, quod ante istos doctores non fuisset confectum corpus Christi, et nullus hoc diceret.

V.

Sermo cardinalis Cesarini.

27. VI. 1439.

Rationem, cur amplificatio cedulae, scilicet formula *per verba Salvatoris* non transierit in bullam unionis, a cardinali Cesarini comperimus. Hic in congregazione generali latinorum die 27. iunii coram Papa habita de hac quaestione et de redactione totius textus de Eucharistia haec dixit:

Vaticanus latinus 4119 : 151.^r

¹ Conficere orig.

Alia differentia fuit de azymo, quia etiam apud graecos aliqui volebant, quod non conficeretur, in azymo, dicentes Deum usum pane fermentato,

et tandem conclusum est, ut in pane, et azymo et fermentato conficeretur, et rationibus auditis assenserunt, prout plene in disputa-
tione de hoc constat supra relata.

Et ut publice constent omnia, fuit exorta alia difficultas, quae quasi perturbavit totum opus, nec unquam haec quaestio fuit mota. Nam intimato Domino nostro quod graeci in confectione sacramenti certis aliis orationibus uterentur, visum est Sanctitati Suae, ut scir-
etur eorum intentio, an tenerent illas orationes esse de substantia confectionis, et confessi sunt, auditis rationibus nostris, quod sem-
per tenuerint, quod solis verbis dominicis conficeretur, et quod re-
putarent anathema, qui aliud crederet; fuit instatum, ut hoc pone-
retur in diffinitione.

Dixerunt quod hoc non erat necessarium; imo si poneretur, ec-
clesia ipsorum reciperet ignominiam, ac si hactenus tenuissent aliud.
unde cum semper fuimus concordes in hoc, diffinitio non debet fieri nisi de dubiis.

Tandem Sanctissimus Dominus noster dedit heri certos deputatos, et post multos tractatus dixerunt graeci ad hoc, ut sitis certi de cre-
dulitate nostra, videatis beatum Joannem Chrysostomum,¹ qui hoc clare ponit, et sumus parati publice confiteri, quod nos tenemus si-
cut vos, quod in verbis solis dominicis conficitur.

Unde Sanctissimus Dominus noster hoc audito obtemperavit, ut non videretur deduci in dubium, quod nunquam fuit, maxime, quia aliis Pontificibus tempta[n]tibus redu[c]tionem graecorum nil aliud ab eis petierunt nisi ut confiterentur, quod et in azymo conficeretur.

In eadem sessione cardinalis cedulas quinque, inter quas articu-
lus de Eucharistia erat, congregationi recitavit iam prius approbatas
et mox per deputatos in forma decreti redigendas.

Id quod graeci promiserant se publice viva voce professuros esse consecrationem panis *per verba Salvatoris* in corpus Christi, die 5. iulii 1439 peregerunt. Metropolita enim Bessario nomine graeco-

¹ Grisostomum orig.

rum illam declarationem solemnem¹ dedit, quae etiam postea, die 27. augusti 1439, actu notarili cum subscripsione duorum notariorum et cardinalis Cesarini roborata fuit.

VI.

Ultima redactio.

28. VI.—4. VII. 1439.

Deputati latini et graeci inter dies 28. iunii et 4. iulii 1439 de redactione bullae unionis deliberantes assumpserunt verbotenus fere cedulam latinorum iam inter dies 11. et 19. iunii 1439 praeparatam. Attamen aliquae differentiae inter utramque cedulam adsunt, sicut ex tabula sequenti patet.

CEDULA	DEFINITIO
pane	pane triticeo
corpus Domini	corpus Christi
sacerdotes quoque	sacerdotesque
— — — — —	unumquenque scilicet
suae latinae vel orientalis ecclesiae	suae ecclesiae sive occidentalis sive orientalis

Principalis differentia inter utrumque textum versatur de voce *triticeo* (pane). Sed de hac graeci iam prius cum latinis concordabant (confer n. I. et II.). De *loco sacro* (confer. n. I et II) nihil in utraque formula dicitur, sed implicite in phrasi *iuxta suae ecclesiae . . . consuetudinem* subintelligitur.

Redactio bullae a deputatis latinis et graecis mane diei 4. iulii 1439 conclusa est, eiusque textus recitatus fuit vespere eiusdem diei in congregazione generali coram Papa a R. D. Thoma (Papa futuro Nicolao V). Die sequenti a patribus synodalibus latinis et graecis fuit bulla subscripta et demum die 6. iulii in ecclesia cathedrali Florentiae solemniter promulgata post s. Missam a Summo Pontifice celebratam.

¹ Confer textum apud G. HOFMANN, *Documenta concilii Florentini de unione orientalium*, I, in *Textus et Documenta, Series theologica*, 18. Roma 1935. 7—9.

DE PROVINCIAE S. HYACINTHI ORD. PRAED. IN RUSSIA FUNDATIONE.

P. Dr. Hieronymus M. Jurák O. P.

INTRODUCTIO.

Descriptio et adhuc magis cognitio historiae Ordinis Praedicatorum in Russia desideratur; nam ea, quae Okolski, Chodykiewicz, Baracz et aliqui minoris momenti scripserunt, ex una parte difficilime accessibilia ex altera parte insufficientia sunt.¹ Hic liber de fundatione et historia Provinciae S. Hyacinthi in Russia ab anno 1595 ad annum 1653 secundum documenta Romae asservata tractat. Excludimus ergo descriptionem historiae Ordinis Praedicatorum in Russia ante fundationem Provinciae, de qua ultimo decennio saeculi 16. actum est; aliter enim a S. Hyacinto et ab historia Societatis Fratrum propter Christum peregrinantium, quae in Russia clarissima erat, incipiendum esset.² Vocabulum „Russia“ in hoc libro secundum conceptum modernum intelligendum non est, quia terminus „Provincia Russiae“ saeculo 16. factus erat, quando sub nomine „Russiae“ tota orientalis pars Regni Poloniae comprehen-

¹ P. C. Korolevskij in suo opere „Le clergé occidental et l'apostolat dans l'Orient Asiatique et Gréco-Slave“, Paris 1923, p. 23 dicit: „Le métropolite Hypace Potiev (1600 – 1608) comptait beaucoup sur eux (sc. Dominicanos) aider à propager l'Union, bien qu'ils fussent de rit latin. (sed nunc!) Mais, en 1612, à la suite de protestations réitérées des Polonais, le privilège d'une province séparée leur fut retiré, ils furent réunis en trois en quatre couvents, et le métropolite eut beau insister pour qu'on les retablît dans leur état primitif, ils disparurent eux aussi sans avoir rien pu faire durable. Leur histoire est encore trop mal connue pour qu'il soit nécessaire d'insister.“ — Ergo, ubi initium reale Provinciae Russiae erat, ut in sequenti videbimus, auctor finem ponit; anno 1612 Provincia renovata fuit, non abolita. Incipiens tunc cum 17 Conventibus sequentibus annis usque ad 50 crevit, numerans plus quam 500 fratres, qui a Conventu Leopoli usque ad Chioviam et Cudach ultra Borysthenem, et Smolensk versus Septentrionem in Conventibus dispositi erant; haec Provincia usque ad initium saeculi 19. durabat. — Nihil ergo permanens fecit, nam: „Leur histoire est encore trop mal connue . . .“

² Ctr. Abraham Wl., Powstanie organizacyjne kościoła łacińskiego na Russi“ Lwów, 1904, p. 164 ssq.; Jurák Jer., „Náš apoštol sv. Hyacint“, Praha 1930; literatura ibidem indicata; articulus eiusdem auctoris: Činnost dominikánů v Rusku ve 13. století, Apoštolát sv. Cyrila a Metoda, Olomouc, 1930.

debatur. Russia Alba, Nigra, Rubra, simul cum Podolia ac parte Magni Ducatus Lithuaniae; dum e contra hodie Russiam potius illam vocamus quae ultra Borysthenem versus orientem extenditur, quae vero saeculo 16. et 17. simpliciter „Moscowia“ vocabatur et suo Magno Duce Moscorum regebatur; quae hodie etiam Magna Russia vocatur. Provincia Russiae etiam in Valachiam, ubi Colomyae Conventum habebat, fines suos extendebat.

Fratres Praedicatores traditionem antiquissimam in Russia habuisse diximus. Ad hanc, praecipue ad historiam Societatis peregrinantium in Russia, Fratres Rutheni, erectionem propriae Provinciae Russiae petentes, saepissime revocabant. Conventus Societatis peregrinantium in territorio Russiae suis Vicariis Generalibus independenter a qualibet Provincia usque ad annum 1456 regebantur, quando in Capitulo Generali Montepessulani isti Conventus Provinciali Poloniae comissi erant;³ aliqualem autonomiam sibi usque ad annos 1517—1519 servabant, „quum P. Joanne Mogilnica, Vicario Conventuum Russiae, agente totaliter Provinciali Poloniae subiecti sunt.“⁴ Haec amplificatio Provinciae Poloniae orientem versus nec Provinciae nec Conventibus Russiae profuit: Conventus Russiae quia nimis remoti, negligebantur et Provincia postea in maximas turbationes inciderat.

Saeculo 16. declinante negligentia Provincialium Poloniae erga Conventus Russiae suum culmen, si ita loqui licet, attigerat: Conventus isti omnimode desolabantur et aliqui ruinam totalem passi sunt. Haec circumstantia animos quorundam Patrum Ruthenorum movebat, ut pristinam independentiam a Provincia Poloniae ad restaurandos Russiae Conventus obtinerent. Quia vero maxime ad antiquam traditionem Societatis peregrinantium in Russia et suam a Polonia et quacunque Provincia independentiam revocabant, eorum conatus nomine restituendae Societatis aliquando vocabatur; Rutheni autem independentiam in forma Provinciae intendebant, quamvis se tanquam haeredes Societatis considerabant.⁵

³ Acta C. G., III, 266.

⁴ Tab. O. Gen., XIII, tom. 609b, fol. 21 v, 62r—63v.

⁵ Ibidem, fol. 93v: „Cum ergo a Societate peregrinantium fratres Rutheni tanquam palmites et haeredes patrum suorum descenderint, atque ab illis deriventur, a quibus in his Conventibus... fuerint collocati: ratio exigit, ut ad principia sua reducantur: vivantque distincti...“

P. Antoninus Premisliensis, qui ultimo decennio saeculi 16. dux Ruthenorum in expugnanda libertate erat, sequentes Conventus ut Ruthenis restituendos praetendebat:⁶ „Russiae: Leopoliensis, Belzensis, Premisliensis, Rubiessoviensis, Rodlensis, Samboriensis, Mosticensis, Succamiensis, Luceioriensis, Haliciensis; Podoliae: Camenecensis, Smotricensis, Rubri Castri, Trembowlensis, Colomyensis, Chioviensis; Lithuaniae minoris quae Volinia dicitur: Wlodimiriensis. Porro Wilnensis minoris Lithuaniae Lublinensis, et Smigrodensis: magnae sunt coniecturae ad Russiam pertinuisse.“

In Actis Capitulorum Generalium neque in aliquo documento noto dicitur, quinam ex istis Conventibus certo ad Societatem peregrinantum in Russia pertinebant, de aliquibus Conventibus a P. Antonino postulatis dubium verti posset. Quot ex istis Rutheni de facto postea obtinuerint, in sequenti videbitur.

Difficilior quaestio de origine eorum Patrum, qui independentiam a Polonia habere intendeant, in considerationem venit. Ipsi se Ruthenos vocabant. Ergo certe non erant orti ex Polonia proprie dicta, sed ex Russia in conceptu supra explicato. Eos filios emigrantum Polonorum fuisse impossibile est dicere. Nam sensus vere nationalisticus ex verbis P. Antonini proditur, cum dicit:⁷ „Polonis maxime Cracovitis odium fere sit naturale in Ruthenos, ex quo procedunt mala quae . . . retulimus.“ — Manifestum ergo est, ipsos sibi etiam titulo nationis independentiam postulasse. Quapropter etiam admiratione dignus est numerus vocationum in his partibus, nam in fine saeculi 16. ad 200 numerus Fratrum Ruthenorum crevit, — eo magis, cum hoc tempore maior pars Ruthenorum incolarum in orientali parte Regni Poloniae schismatici erant.

De historia Provinciae Russiae secundum documenta Romae asservata tractamus; haec documenta pro historia huius Provinciae usque nunc nemo adhibuerat, quapropter praesertim descriptio foundationis ab antiquioribus auctoribus incompleta remansit. In nostra tractatione tria praesertim Archiva Romae in considerationem venerunt: Archivum Secretum Vaticanum, Archivum Generale S. Congregationis de Propaganda fide, Tabularium Ordinis Praedicatorum Generale. In Archivo Vaticano spes plura iuveniendi nos fere

⁶ Ibidem, est enim opus P. Antonini „Allegata historica“, fol. 59r.

⁷ Allegata historica, fol. 99r.

totaliter fefellit; quia Dominicani Rutheni parvum momentum in tractationibus religioso-politicis illius temporis habebant, ita defectus documentorum in Vaticano explicari posset; quamvis pauca, pretiosa tamen invenimus. Archivum S. Congregationis de Propaganda, ut dignum est, satis multa de missionibus Patrum Ruthenorum nobis praebuit. Etiam in Tabulario Ordinis Praedicatorum Generali multa inventa a nobis sunt, sed forsitan adhuc plura ex Tabulario de Russia deperdita erant saeculo 19.; praesertim defectus litterarum ex Russia missarum totalis satis mirus videtur.

Quia vero in tractatione fundatione Provinciae Russiae saltē principaliora documenta etiam ex parte Provinciae Poloniae divisioni opponentis considerare necessarium erat, magnopere nobis P. Lect. Raymundus Loenertz, membrum Instituti Historici apud S. Sabinam, adiutorio fuit, cum nobis ista documenta ex Tabulario Conventus Leopoliensis transcripserat. Cui hic gratias maximas ex toto corde exhibemus.

Descriptio in hoc articulo integrā historiam Provinciae Russiae non centinet, sed primam tantum partem spatio 58 annorum, quo tempore historia Provinciae Russiae etiam empirice aliquod totum format. Nam post annum 1648 maior pars Conventuum Provinciae Russiae in bellis cum Cossacchis destructa erat, et anno 1652 P. Hyacinthus Ferrarensis, sic dictus „Provincialis Apostolicus“, qui Italus natione in Provincialem Russiae datus est, novam periodum historiae eius inchoavit.

Occasio huius tractatus scribendi in instituto Pontificio Orientali, cum ibi auctor annis 1931—1934 studiis vacabat, data erat. Liber de fundatione et historia Provinciae S. Hiacinthi in Russia tanquam thesis pro Laurea in eodem Instituto Orientali obtinenda praesentatus et approbatus erat. Quapropter gratias maximas etiam supranominato Intituto Pontificio Orientali et Rsmo Senatui Academico eius, praesertim vero A. R. P. Aemilio Hermann S. J. Praesidi, et A. R. P. Georgio Hofmann S. J. et A. R. P. Josepho Ledit S. J. examinatoribus principalibus theseos, ex intimo corde pro optimis instructionibus hic exhibemus.

CAPUT PRIMUM:

DE PROVINCIAE
SANCTI HYACINTHI IN RUSSIA FUNDATIONE

Provincia S. Hyacinthi in Russia in sua origine multis permagnis difficultatibus tam internis quam externis subiecta erat. Cum post annum 1519 Conventus Russiae ad Poloniae Provinciam arctius iuncti desolabantur, tunc quidam fratres Rutheni actionem pro Conventuum Russiae nova separatione moverunt. Sed facilius Conventus Poloniae adiungere quam ab ea separare erat.

§ 1. Conatus pro Conventuum Russiae separatione.

Praecipui Fratres qui hanc ideam suscitaverant et ita prima fundamenta pro novae Provinciae foundatione posuerant, duo erant: P. Lucas Magister¹ et P. Antoninus Premisliensis. Fons, separationi contrarius,² rem nobis ita illustrat: „Siquidem istius rebellionis caput Pater Lucas Magister Romam sine licentia sui praelati se contulit 1563 et apud Rdmun Justinianum Generalem dismembrationem petiit, sed non obtinuit . . . per litteras apud Magistrum Ordinis Seraphinum Cavalli Brixiensem . . . hoc intentum suum anno 1574 perficere conabatur. Verum . . . Pater Generalis tanquam rem odiosam et scandalis plenam nullo modo concedere voluit . . .³ Postmodum nutritius suus Fr. Antonius anno Domini 1585 absque scitu sui praelati Romam abiit et apud Sextum de Luca Magistrum Ordinis et apud congregationem regularium ill. morum Cardinalium obnixe idem postulavit . . . , qui repressus a Sixto V. Pontifice vacuus domum repedavit. Hic idem frater anno Domini 1589 a suis factiosis fratribus complicibus litteris habitis venit Romam et apud Gene-

¹ Tab. O. P. Generale, Mon. An., lib. K, Historica Narratio, p. 110: „Tunc quidam Pater Magister Lucas, sumpsit animum pro libertate Russiae“ . . .

² Tab. Conv. Leopoli, Chartae X, 438, Informatio praesentata Henrico Card. Caetano ex parte Prov. Poloniae 1596; copia P. Loenertz, sine indicatione paginarum.

³ Tab. O. P. Gen., lib. K. Historica Narratio, p. 110: „— effectum est, ut Magister Lucas in negotio nihil profecerit, nondum aucto numero Ruthenorum, sed etiam res illorum in deterius prolapsae sunt.“

ralem modernum⁴ et illustrissimum Cardinalem Alexandrinum praecognitam divisionem obtinere conabatur, verum ob praesentiam Patris Magistri Severini,⁵ qui tunc Romae canonisationem B. Jacinti procurabat et tali suo conatui nefario obsistebat, re infecta domum rediit. Denique 1592 idem frater Antonius Venetias ad Capitulum Generale deffinitior⁶ a provincia Poloniae missus, licet instantissimis precibus apud Deffinitores Generalis Capituli expostularet nihil tamen horum . . . acquirere potuit. Anno igitur 1594 cum intellexisset Rdmum Generalem a Sanctissimo Domino nostro Clemente octavo . . . in partes septentrionales venire cum mandatis reformationis fiendae tunc demum factiosa congregatio cogitare cepit quibus armis Rdmum Generalem circumvenire possit, ut suo potiatur desiderio“

Iam ex his verbis rem satis gravem et intricatam fuisse cognoscere possumus. Rutheni vero Fratres pro separatione conventum se obligatos, propter motiva valde gravia, laborare existimantes, nullo modo per obstacula deterrebantur. Motivum principale, propter quod suam separationem a Provincia Poloniae urgebant, desolatio conventum et diminutio apostolatus catholici in Russia, quae omnia per nimiam dependentiam Fratrum Ruthenorum a Polonia causata erant; Provincialibus Poloniae praeprimis culpae vertebant, quod sub eis conventus Russiae desolabantur, quoad numerum Fratrum; quoad disciplinam et vitam regularem; quoad bona materialia et privilegia.

P. Antoninus Premisliensis dux Ruthenorum et interpres erat; audiamus ergo ipsum. Opusculum eius „Allegata Historica et Iuridica pro vindicanda Congregationis Russiae a Provincia Polo-

⁴ scilicet P. Hippolitum M. Beccaria de Monte Regali, 1589—1600.

⁵ P. Mag. Severinus Cracoviensis, de quo P. Antoninus Premisliensis in suo libro pollemico „Allegata Russiae“, Tab. O. P. Gen., XIII, 609 b, fol. 28, dicit: „— hostium nostrorum acerrimus . . .“

⁶ Acta C. G., V, p. 309, 344; ubi die 26. Maii Magister S. Theologiae creatus fuit, Tab. O. P. Gen., IV, 46, fol. 104 v. — Tab. O. P. Gen., lib. K, Historica Narratio, p. III: „Anno autem Domini MDXCII praeformatus magister Antoninus Praemisliensis (sic!) factus mirabiliter diffinitior capituli Generalis Venetiis celebrati, ipso impellente Deo . . . persuasit b. m. Hyppolito Maria Beccaria de Monte Regali, ut provinciam Poloniae visitare et eam praesentia sua nobilitare vellet.“

niae seiunctione in Provinciam erectione", anno 1598 conscriptum,⁷ auctorem ut virum valde fortem et strenuum suae ideae propugnatorem necnon eloquentissimum et pro bono promoven- do flagrantissimum prodit. Quamvis aliquando vehementer contra PP. Polonos loquitur, intentio purissima et persuasio de rei veritate ei negari non potest. De eius persona morali alibi loquimur. Fratres Rutheni apud ipsum heredes Societatis peregrinantium appellantur, et aliquando de eis simpliciter veluti de Societate loquitur, quae tunc⁸ „veluti in Aegypto in luto et late- re serva civitates Pharaoni aedificare per Conventus Polonorum ad ruinosa Monasteria reparanda — dispersa“

Fratres Rutheni in Polonia pro Ordine bene merebantur⁹ — neque vocationes ex Russia deerant, tamen eorum numerus, in spirituale damnum Russiae, ex proposito minuebatur.¹⁰ In quantum vero Rutheni ad habitum recipiebantur, isti ad studia supe- riora rarissime mittebantur,¹¹ et adhuc rarius ad gradus et digni- tates promovebantur. Quia tunc temporis affiliatio ad conventum

⁷ Tab. O. P. Gen., XIII, 609 b; descriptionen vide inter Fontes; huic operi spiritu valde prope stat etiam anonymus in libro K, inter Mon. An., citata „Historica Narratio“ ex a. 1608; similiter etiam anonymus ex a. 1617(?), in eodem libro K, pp. 142—155: Pro Conventibus Ruthenis integre restituendis“.

⁸ Allegata Historica, fol. 22; huic sententiae etiam S. Baracz, Rys, I, p. 265, consentit; Historica Narratio, p. 108, addit: „Praestantes ingenio longe a Russia collocabant, vel honoribus illiciebant ut nihil de salute Russiae cogita- rent.“

⁹ Allegata h., fol. 117: In conventu Genadensi Leopolita P. Daniel et P. Hyacinthus de Leopoli; Plocensem conventum P. Antoninus Premisliensis — „summis laboribus, et sanguineo plane sudore, in lucem protulit“; Lublinen- sis — „quid ante P. Vitum de Leopoli fuit?“ — In Sandomiriensi P. Bartholomaeus de Leopoli; P. Gregorius de Premislio Lovicensem conventum antea „ligneum tugurium — ex Taberna Monasterium fecit“; similiter fol. 117 v.; etc. — fol. 98v: „Et hos fratres, Poloni superbi, truncos et bardos appellant!“

¹⁰ ibid., fol. 120v: „Russia ex se ipsa insignes iuvenes, et ingenia excellen- tissima profert cultura accedente“ — quamvis ita sit — fol. 22r; „et dum vix non recipientur neque educantur quasi in fluvium mergendi infantes abiici- antur et necantur.“

¹¹ Ibid., fol. 65: „In Italiam ad studia fere nullos nisi qui fuga, et vi qua- dam in id incubuissent, usque ad annum Domini 1575 et postea raros, nec li- benter, immo coacti miserunt;“ cfr. fol. 99 et paesim; similiter Historica Nar- ratio, p. 108; etc.

in susceptione habitus contrahebatur, iuvenes Rutheni, videntes Russiae conventus a Provinciali Poloniae non esse amatos, Polonię Russiae p̄aeferebant.¹² Ita revera conventus Russiae gradatim sine habitantibus fiebant et ita sub omni respectu desolabantur.¹³ Nihil mirum, si multi conventus totaliter relictū erant:¹⁴ „In bello isto subiugationis perierunt isti conventus: In Podolia Smotrylicensis, Trebovlensis quorum supersunt privilegia et Novogrodensis. In Russia Haliciensis et Nayburgensis quorum nondum inveniuntur privilegia sed extant testimonia. Caeterum post perfectam anno Domini 1517 oppressionem isti desolati sunt: In Russia Succamiensis sive Suplapidensis tempore subiugationis acquisitus, et valde dives cuius privilegium fundationis habemus. In Podolia Czervonogrodensis sive Rubro-Castrensis et Colomiensis quorum etiam privilegia habemus.“ — Et teste Okolski¹⁵ Kijowiae, Mosticiae, „vix unus reperiebatur Frater, Camenetiae tres“. Aliis in locis status personalis non multo melior remanebat.

Difficile intellectu non est, per hoc Ecclesiam et animas magna damna in Russia passas esse. Proinde apostolatus catholicus in Russia promovendus ut obiectum formale quo et quod libertatis obtaindæ flagranter a P. Antonino Premisliensi proclamabatur.¹⁶ Per divisionem provinciae Poloniae ad efformandam novam

¹² Allegata h., fol. 123v: „... cum tot insigni ingenio praediti et ex Russia orti iuvenes, ut oppressionem et neglectum sui evaderent, potius in Polonia habitum accipere, quam in afflita Rusia... maluerint. Nam neque saeculares haec damna latuerunt.“ — Historica N., p. 108: „— aliquanto tempore non sunt recepti ad habitum nisi in coventu Cracoviensi pro Leopoliensi ut affectum Russiae in Cracoviensem mutarent.“

¹³ Allegata h., fol. 8: „An sine gemitu illa amplissima centum plurimumque fratrum monasteria quis viderit? Vastissimi chori voces canentium vix non ipsas personas sepieliunt... Refectoria ad secundae mensae numerum, tam pauci operarii, sunt redacta. Dormitorii cellulalae vastitatis non quietis habent silentia. Quocunque pedem tuleris flendum est.“

¹⁴ Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. K, De statu Orientalium, p. 84; Vide: Documentum 2. — Cfr. Okolski, Russia florida, p. 18; Chodykiewicz, De rebus, p. 88; Baracz, Rys, I, 265

¹⁵ Okolski, o. c., p. 18.

¹⁶ Allegata, fol. 51 r: „Haec vera est libertatis ratio: ut populis schismate involutis: atque vicinis Machometico errore oppressis, ut Ruthenis, Lituanis, Moscovitis, Walachis, Scithis, et Thurcis... a bonis ministris fides Christi Catholica commendetur et... persuadeatur.“

provinciam in Russia ipse finis Ordinis — scilicet salus animarum — melius impleri poterit.¹⁷ Etiam disciplina et vita regularis divisione facta facilius restaurari et foveri poterit, nam negligentia in visitationibus ex parte Provincialium Poloniae¹⁸ — cum conventus Russiae tantum „non permixti Polonis extant ita in longum sicut in latum ab extremo ad extremum conventum sunt miliiaria Italica fere mille, cum difficiili transitu locorum“¹⁹ — in hac distantia radicem habebat. Maxime distantes conventus orientem versus in Russia rarissime visitabantur, Chioviensis nunquam; en propria verba Antonini, quae cathegorice urgentur:²⁰ „Chiovensem Conventum toto oppressionis tempore per annos plus 70 ex Provincialibus vidi ne aliquis?“ — Haec etiam distantia conventuum causa aliorum malorum pro vita regulari erat, ut divagatio fratrum etc.²¹

Conventus Russiae sub Provincialium Poloniae iurisdictione in suis bonis materialibus, quae ad Polonus transferebantur, magnopere desolationem patiebantur.²² Provincialis Poloniae anno 1565 Conventus Rubiessoviensis quasi pauperrimi prioratu extincto bona eius pro officio suo impetravit;²³ similiter et villam Zadubce a Conventu Rodensi.²⁴ P. Joannes Ev. Mogilnica, factus annis 1517—1519 Vicarius Generalis Russiae,²⁵ „Cracovita“, dolose,

¹⁷ Ibid., fol. 98r: „Ob salutem animarum Ordo noster censetur institutus... Russia, Podolia, Lituania, et Valachia utraque confinis, ac ulterius tanta infidelitas ad orientem patens talibus eget operariis: carens praesbyteris, qui pericula adeant, commoda temporalia non inquirant... Divisio ad hoc officium cooperatur: Nam provincia nova... aemulatione certabit: fratribus augabitur.“

¹⁸ Consentit Baracz, Rys, I, 265.

¹⁹ De statu Orientalium, lib. K, p. 86; Allegata, fol. 96v: „Haec loca Poloniae Provincialis etiam videre nedum per se visitare in anno uno minime potest.“

²⁰ Allegata, fol. 96v; Historica Narratio, p. 108: „Chiovensem conventum nullus provincialis visitavit, Camenecensem semel tantum in 40 annis, Vilensem in duodecim.“

²¹ Allegata, fol. 97r.

²² Allegata, fol. 65r—68r; 109r—114r.

²³ ibidem, fol. 109r.

²⁴ Historica Narratio, p. 108; Allegata, fol. 110v.

²⁵ Allegata, fol. 61r.

inebriato custode, anno 1517 potitus clavibus, quibus Consules civitatis Leopoliensis thesaurum Fraternitatis Corporis Christi et archivum Societatis Peregrinantium custodiebant, multas res tam ex thesauro quam ex archivo abstulit et delevit.²⁶

*§ 2. Visitatio P. Mag. Generalis H. Beccariae in Polonia et Russia
a. 1593—1594.*

P. Magister Generalis Hippolitus M. Beccaria, in regularis observantiae restauratione zelantissimus, cito promissioni de visitanda Polonia et Russia stetit. Unico cum socio Visitationis P. Paulo Castruzzi,¹ qui brevissimas notas diarias de Visitatione reliquerat,² Padua die 2. Aprilis 1593 relictus, per Trentum, Oenipontem, Vindobonam (20. et 21. Aprilis), Znojmo in Moravia, dein die 27. Aprilis Pragam in Bohemia venit,³ ubi septem hebdomadibus remansit. Conventibus Bohemiae visitatis deinde Brunam (diebus 23.—27. Junii) et postea Vindobonam (6. Julii) venit.⁴ Ibi morbo correptus usque ad initium Septemboris degebat; tandem, per Olomutium in Moravia, dein Opaviam et Ratiboriam pergens, die 29. Octobris 1593 Cracoviam pervenit.⁵ Cum rege Poloniae Sigismundo III., ad quem Clemens Papa VIII. bullam commendationem in causa P. Beccariae dederat,⁶ loqui non potuit, nam rex in castris apud Smolensko morabatur.⁷ Praesentia P. Magistri Generalis etiam Rutheni fratres usi sunt, rogantes — „ut descen-

²⁶ Historica Narratio, p. 106—107; Allegata, fol. 62r—63v; ex thesauro praesertim duodecim Apostolos argenteos — „altitudinis maioris quam sit unius cubiti“; ex Archivo bullas Pii II. et Sixti IV.; Gesta fratum Peregrinantium etc. — Quae praesertim ad thesaurum attinent, adhuc ex aliis documentis probandum restat.

¹ Mortier, Historie des M. G., VI, 31.

² Tab. O. P. Gen., IV., tom. 47; ubi tamen nihil de processu Visitationis dicit.

³ Cfr. Mortier, o. c., 32.

⁴ ibidem, 35.

⁵ ibidem, 38; — Allegata hist., fol. 68r: „Poloniā... a tempore Thomae Firmiani 1406 eam visitantīs... vidi.“

⁶ Bullarium O. P., V, p. 509.

⁷ Mortier, o. c., p. 36; cfr. Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. K, p. 143.

deret ipse in persona in Russiam⁸ — „nulla enim extat memoria fuisse aliquem in his regionibus Patrem Generalem“.⁹ P. Generalis revera mense Decembris declinante gressus suos Russiam versus direxerat, nam die 31. Decembris Tarnoviam,¹⁰ die 1. Januarii 1594 Dembillam, die 4. Januarii Przeworsko, die 5. Premisliam, die 11. Mosciska, postea die 15. Januarii 1594 Leopolim venit.¹¹ Leopolim ad P. Generalem aliqui Ruthenorum fratrum convene- rant; P. Andreas, Prior Leopoliensis cum P. Antonino Premislien- si, tunc Priore Plocensi,¹² principaliores erant; eis alii: P. Hy- cinthus Barszczyk, P. Isaias Doctor, P. Christophorus Premislien- si, P. Gregorius Premisliensis accedebant — „qui propositis la- boribus suis et necessitatibus fidei in Russia“¹³ — totam suam causam P. Generali, qui apud eos Leopoldi usque ad diem 24. Ja- nuarii remanebat,¹⁴ explicaverunt. Hic adventus P. Generalis Le- opolim Fratribus Ruthenis maximum gaudium causavit et tan- quam sidus pro futuro fausto radiavit.¹⁵

⁸ Okolski, *Russia florida*, p. 19; cfr. Baracz, *Rys*, I, 265.

⁹ Allegata, fol. 20r; fol. 68r: „Russiam... a nullo unquam inspectam vi- dit.“ — *Historica Narratio*, p. 112: „Conati sunt Patres Cracovienses... Ma- gistrum Ordinis a se quamprimum repellere. ne in Russiam abiret.“

¹⁰ Tab. O. P. Gen., IV., 47, fol. 51r.

¹¹ ibidem, fol. 51v; cfr. Mortier, o. c., VI, 38.

¹² *Historica Narratio*, p. 111: „... Magister Antoninus Premisliensis, lon- gissime a Russia scilicet in Masoviam specie dignitatis amoveretur. Hunc enim potissime timebant videre cupientem et iniuriam illius patientem.“ Cfr. ibidem p. 113; vide etiam *Informationem Card. Caetano praesentatam*.

¹³ Okolski, *Russia florida*, p. 19.

¹⁴ Tab. O. P. Gen., IV, 47, fol. 52r; ad istam diem notat P. Castruzzi: „— partimo da Leopoli.“

¹⁵ Allegata h., fol. 24r — 24v: „Et ponam, inquit, Visitationem tuam pa- cem. Hoc est. Domine, quod desideravimus, ut nos per aliquem visitares ex alto orientem. Non erat spes ulla in terrae: ex alto, et a montibus auxilium expectavimus. Non satis enim fuit quod oppressi essemus: etiam, ne libertati quaerendae via pateret apud Maiores, pro seditionis traducti coram quolibet recens creato Generali sumus. Si quis quaestus fuisset: mox tunc, inquit, es ex illis, quos mihi delatum est a Polonis Patribus esse seditiosos? Sane Mons Pessulanus erat, qui Capituli sui decreto (cfr. *Acta C. G.*, III., p. 266: „— quia conventus terrae peregrinatum non possunt per vicarium sicut hactenus gubernari, committimus conventus Russiae provinciali Poloniae, illos iudicio et regimini illius submittendo.“) non visis nec vocatis miseris,

P. Generalis Leopolim relinquens per Belz die 1. Februarii 1594 Lublinum pervenit,¹⁶ ubi ad diem 16. Februarii remanens varia de reformatione Provinciae Poloniae decreverat,¹⁷ deinde per Urzendorf, Nowogrod, Breleskno, die 6. Martii iterum Cracoviam venit.¹⁸ Cracovia relicta iter suum celeriter Italiam versus prosequebatur: die 14. Martii Ratiboram, die 19. eiusdem mensis Ołomutium,¹⁹ die 26. eiusdem Vindobonam, usque tandem die 27. Aprilis 1594 Venetias²⁰ advenit.

P. Generalis in suis „Ordinationibus“²¹ pro tota Provincia Poloniae Lublini factis ne verbo quidem de separanda Russia et de nova provincia erigenda aliquam mentionem fecit. Totam hanc quaestionem ad proximum Capitulum Generale reservavit.²²

Ruthenis; eos Polonis submiserat: Monti Regali servatum est salutis nostrae opus. Successor B. Dominici est servus tuorum servorum Hippolytus Maria de Monte Regali successor B. Dominici quinquagesimus: (fol. 24v) plane ad jubilaei annum reducendum Russiae destinatus... Non est ille causatus aegras vires non itinerum pericula, non odia suorum sane infirma mundi elegisti. Sed fortia fecisti, penetravit omnes charitas Hippoliti et quicquid in eum admissum est id omne paternis visceribus devoravit. Non satis erat vidisse Polonię, ad Ruthenos (ipsi sunt quorum causa hunc Domine misisti) usque pervenit, apud quos afflictissimos non est defraudatus a desiderio suo utpote quos sibi obtemperantes in officio stantes non seditiosos sed obedientes reperit, apud quos locum sepulturae, si moriendum ex magna illa aegritudine fuit, sibi delegerat.“

¹⁶ Tab. O. P. Gen., IV, 47, fol. 52v; cfr. Mortier, o. c., VI, 39.

¹⁷ Tab. O. P. Gen., XIII, 459B, Ordinationes pro reformatione Provinciae Poloniae Factae in congregazione Lublini habita in principio mensis Februarii 1594, Typis Cracoviae 1595.

¹⁸ Tab. O. P. Gen., IV, 47, fol. 53r, 53v.

¹⁹ ibidem, fol. 53v.

²⁰ ibidem, fol. 55r, 55v; cfr. Mortier, o. c., VI, 39.

²¹ cfr. notam n. 17.

²² Allegata, fol. 25r: „Re enim intellecta Magister nos visitans, . . . distulit remedium: discessit. Ad pleniorē cognitionē Capituli, et ferendi decreti magis opportuna tempora expectans.“ — Etiam absentia regis, quocum loqui non poterat, causa rei ad Capitulum reservandae fuit: Historica Narratio, p. 112: „Rex non erat in regno Poloniae sed Sueciae. Itaque cum Pater Generalis tanta mala Russiae pene manu ipsa tetigisset ac ei quidam senex P. Andreas Prior Leopoliensis . . . de oppressa a Cravoviensibus Russia omnibus incommodis inde consecutis exposuisset indoluit quidem P. Generalis Russiae gravissimis malis sed negotium libertatis eius ad Capitulum Generale censuit differendum.“ — Cfr. Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. K, p. 143.

VARIA

NOTAE LITURGICAE ET ASCETICAE BYZANTINAE

S. Salaville, A. A.

I. Prima tentamina „Missalis“ byzantini (s XII.)

Bibliotheca ecclesiae cathedralis ritus byzantini in civitate siciliana vulgo dicta *Piana dei Greci* pergamenum codicem servat, qui, secundum notationem ultimae paginae inscriptam, erat Ἀποστολεναγγέλιον σὺν τῷ Εὐχολογίῳ, i. e. Liber Epistolarum et Evangeliorum cum textu Liturgiae seu Missae. Teste autem eadem notatione finali, exaratus est codex anno 6786, qui est 1278 nostrae temporum rationis.¹

Textus quidem Liturgiae seu Missae nunc deest in codice, sed verba σὺν τῷ Εὐχολογίῳ certo probant illum exstisset vel in principio vel in appendice quadam. Porro liber Epistolarum, liber Evangeliorum, et *Euchologion* Liturgiae sunt tres libri necessarii ad integralem missae byzantini ritus evolutionem ex parte sacerdotis. Ex quo satis constat mentem illius qui codicem nostrum scripsit fuisse verum quoddam *Missale* byzantini ritus concinnare.

Revera, incipiens a die solemnii Paschae, praebet codex noster in extenso omnes antiphonas, *kontakion*, *prokeimena*, epistolam, evangelium et *koinônikon* seu antiphonam Communionis. Et ita porro pro singulis diebus hebdomadae paschalis, nec non pro singulis dominicis paschalis cycli, ac pro festis Ascensionis et Pentecostes. Deinde item pro singulis dominicis a Pentecoste usque ad Pascha. Adjunguntur evangelicae pericopae quae leguntur in officio Horarum Majoris Hebdomadae.

A folio 149 incipit *Menologion*, in quo exhibentur Epistolae et Evangelia necnon aliae liturgicae particularitates majorum festivitatum.

A folio autem 201 conscripta inveniuntur *Prokeimena* et *Alleluaria* octo tonorum: quod manifeste confirmat mentem conficiendi librum completum pro celebratione missae.

¹ In suo actuali statu, codex constat foliis 205 in -8^o.

Mens vero ista concors omnino est cum illa quae eadem aetate in manuscriptis *Missalibus* latinis manifestatur. Neque adeo mirum est ideam hujusmodi Missalis byzantini in animum venisse catholicorum ritus graeci qui in Sicilia degentes in communione perfecta cum Sancta Sede erant, ut patet ex ista nota latina quae ad calcem nostri codicis legitur: *Franciscus Acridas, per Emmanuelem Aschistum Episcopum Rhodi, filius, protonotarius et archipresbyter catholicus Messanae Siciliae, propter magnam in Apostolicam Sedem reverentiam, hunc praesentem librum proprio labore et expensis.*

Reverendissimus hieromonachus Nilus Borgia, qui jure ac merito hoc *rariſſimum Missale byzantinum* omnibus quorum interest commendavit,² jure ac merito etiam refert duo alia hujusmodi *Leitourgika* quae recentiori tempore Romae typis edita fuerunt: unum nempe anno 1683, *Λειτουργικὸν σὺν Θεῷ Ἀγίῳ πατέρᾳ τὴν τάξιν τοῦ Τυπικοῦ τῆς πανσέπτου Μονῆς τῆς Κρυπτοφέροης*: alterum autem anno 1738, *Λειτουργίαι τῶν ἐν Ἀγίοις πατέρων ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου καὶ Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, καὶ ἡ Θεία Λατουργία τῶν Προηγιασμένων, ἐν αἷς καὶ προσετέθη Ἀποστολο – Εὐαγγέλια τῶν Κνοικῶν μετὰ τὴν Ἀγίαν Ν' μέχοι τοῦ Τελώνου καὶ φαρισαίου.*

Re enim vera, singula quae praeteritis temporibus facta sunt tentamina sive de Breviario sive de Missali ritus byzantini conficiendo, omnino digna sunt quae nostris diebus idoneorum virorum diligentiae commendentur.

II. De frequenti missae celebratione necnon de frequenti communione apud monachos graecos saeculi XIVⁱ

Digna essent quae in unum colligerentur cuncta graeca documenta in quibus, etiam post infaustam separationem, agitur de frequenti communione. Speciminis instar, liceat hic referre quae hac de re proponebat saeculo XIV^o *Typikon* monasterii Prodromi seu S. Joannis Baptiste, ad montem Menoikeon siti, prope civitatem Serras in Macedonia.

Typikon istud concinnatum fuit a Joachimo, episcopo urbis Zichnae, primum quidem anno 1324, deinde autem aliquanto auctum

² N. Borgia, *Rarissimo Messale biazntino*, in *Bulletino della Badia greca di Grottaferrata*, nov.-dec. 1937, p p. 21-24.

anno 1332. Nuperrime vero publici juris factum est a M. Jugie in commentariis *Byzantion* anno 1937.³

Caput XVI, de *typiko* seu ordine proprie liturgico agens, haec de missae celebratione ac de communione habet, quae ex textu graeco latine vertimus:

„ . . . Sed et divina Liturgia celebretur a vobis impigre et diligenter, feria tertia dico et quinta, sabbato et dominica: feria tertia quidem propter divini Prodromi commemorationem, cum colybis, quibuscum et eulogia vini dabitur fratribus in mensa; feria quinta vero pro fundatoribus, similiter cum colybis et eulogia in mensa; sabbato autem similiter fiet pro defunctorum commemoratione; dominica denique propter resurrectionem, quae die ista facta est, Christi Dei nostri . . . In ipsa igitur, ut dictum est, divina mystagogia, oportet vobismet-ipsis attendere, fratres, et omnem impuram cogitationem ex cordibus expellere, et omni modo vosmetipsos purificare, et sic divinis mysteriis magno cum timore communicare, illos utique quibus hoc concessum est a patre spirituali. Non enim ulli vestrum licebit sic sine timore et absque judicio, neque singulis diebus communicare. Hoc enim vellemus: nam assidue communicare ($\tauὸ γὰρ συνεχῶς μετέχειν$) est particeps fieri vitae, secundum quod ait ipse Dominus: „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo,” (*Joan.*, VI, 57), sicut econtra dicit divus David (*Ps.* 72, 27): „Qui elongant se a te peribunt.” Vellamus igitur istud, ut dictum est: sed propter humanam infirmitatem et ipsius rei difficultatem, hoc non permittimus: „qui enim — ait divinus Apostolus (*Cor.*, XI, 29) — manducat corpus et bibit sanguinem Domini indigne, judicium sibi manducat et bibit.” Tremendum verbum, fratres, et faciens ut metuant communionem non solum illi qui sunt more meo peccatores, verum etiam illi qui nimium sibi ipsis confidunt. Quamobrem oportet purificare cogitationem nostram ab omni inquisitione carnis ac spiritus, et sic divinis mysteriis communicare. Illis proinde omni dominica communicare licebit, quicumque se ipsos agnoverint puros esse a turpibus cogitationibus et ab illarum consensione, ab ira quoque et injuriarum memoria, ab invidia et mur-

³ M. Jugie, A. A., *Le Typicon du monastère du Prodrome au mont Ménécée, près de Serrès. Introduction, texte et remarques. Extrait de Byzantion, tom. XII, 1937 (Bruxelles)*, p. 25—69.

muratione, a condemnatione et obtrectatione, a mendacio et turpi sermone, necnon et ab aliis similibus passionibus. Eis autem qui in dictas incidunt passiones, sed qui per confessionem et poenitentiam ab illis curant abstinere, ter vel quater per annum, vel etiam plus, secundum nempe spiritualis patris vestri discretionem: istius enim est de hujusmodi rebus sollicitudinem habere."

Ut ex allatis textibus patet, clare exhibet istud monasticum saeculi XIVⁱ Typikon omnia principia de frequenti communione, quamvis non absque aliquo rigorismo ea videatur ad praxim applicare.

Fortasse etiam majori attentione digna sunt ea quae nostrum documentum determinat de celebranda missa quater in hebdomada, dominica scilicet, feria tertia, feria quinta et sabbato. Si enim istis diebus per hebdomadam distributis adduntur variae solemnitates Domini, Virginis, vel Sanctorum, in quibus certo celerabatur divinum sacrificium, ad missam fere quotidianam facile devenitur.

Notetur insuper, in fine textus citati, relatio confessionis sacramentalis ad communionem plus minusve frequentem.

QUINTA HEBDOMADA PRO ORIENTE CHRISTIANO

In commemorationem quinti centenarii concilii Florentini celebrabitur Florentiae diebus 27. Aprilis usque ad 1. diem Maji a. c. quinta Hebdomada studiorum pro Oriente christiano. Eminentissimo Cardinali *Eliae Dalla Costa*, Archiepiscopo Florentino annuntianti Beatissimo Patri celebrationem dictae Hebdomadae litteris Em. Cardinalis *Eugenii Pacelli* Summus Pontifex modo sequenti respondere dignatus est:

Il Santo Padre rende all'Eminenza Vostra Rev. ma vive grazie per la lettera, con cui Ella ha voluto notificargli che nel prossimo mese di aprile sarà tenuta a Firenze la V. Settimana pro Oriente Cristiano.

I sentimenti di pia esultanza, con cui Vostra Eminenza saluta il solenne convegno promettendo per la buona riuscita di questo tutta la Sua collaborazione, trovano perfetta rispondenza con quelli dell'Augusto Pontefice, Cui riesce sempre oltremodo gradito quanto può favorire e predisporre l'auspicato ritorno dei fratelli separati delle comunità orientali alla Chiesa cattolica.

Felicissima è sembrata alla Santità Sua la scelta di Firenze per tale celebrazione, considerato il fattivo contributo che cotesta città nel suo passato glorioso diede alla causa di una riconciliazione, dalla quale dipendono la felicità e la rinascita spirituale di numerose e grandi nazioni. Il Concilio Fiorentino non solo brilla nei fasti della Storia Ecclesiastica come un avvenimento di inoffuscabile splendore, ma per la soluzione del travagliato problema del riaccostamento dell'Oriente all'Occidente è destinato ad essere sempre una memoria benefica, un richiamo efficace, una premessa feconda. L'immenso gaudio, con cui il popolo di Firenze nel Tempio di S. Maria del Fiore accolse la lettura dell'atto di unione *Laetentur coeli et exultet terra*, messaggero al mondo intero che nuovamente erano ricongiunti nell'unico ovile di Cristo gli Orientali dopo la diuturna infausta separazione, e applaudì alla faticosa opera in tal senso svolta da uomini insigni come Giovanni da Montenegro, Ambrogio Traversari, Bessarione e Isidoro di Kiew, purtroppo per nequizia di tempi fu presto seguito da amoro sconforto. Ma non è detto però che questo durerà perpetuamente e che non si tramuterà un giorno nelle festose note di quella antica allegrezza. A preparare tale giorno di ineffabile gioia — se è lontano o vicino lo sa l'inscrutabile consiglio di Dio — la V Settimana pro Oriente Cristiano è chiamata a dare la sua opera fervorosa e preziosa. E' desiderio del Santo Padre che essa ecciti lo spirito di preghiera, invitando i buoni a rivolgere calde suppliche al Redentore per la nobile causa, che opportunamente diffonda la stima e la conoscenza delle comunità cristiane orientali, la cui storia è costellata di Santi, e che desti a loro favore, soprattutto verso quelle gementi sotto il peso di terribili mali sociali, le molteplici industrie della carità evangelica.

Nulla rende tanto agevoli le vie all'accettazione della verità totale quanto la piena carità. Non è dubbio poi che siffatto atteggiamento costantemente seguito e così serena benevolenza produrranno negli Orientali crescente simpatia e inclinazione verso quella Chiesa, che un loro nobilissimo antico rappresentante decorato della palma del martirio ha chiamato „degna di Dio, degna di decoro, degna di essere detta beata, degna di lode, degna di ottenere l'esaudimento del suo voto, degnamente casta,

preposta all'*agape* depositaria della legge di Cristo“ (Ignat. Mart. Ad Rom., prologo).

Con tali pensieri e auspici il Vicario di Cristo invoca dal Signore l'abbondanza dei lumi e dei conforti celesti sulla V Settimana pro Oriente Cristiano ed imparte a quanti ad essa interverranno e particolarmente a quanti comunque si renderanno benemeriti del suo conveniente svolgimento e risultato, tra cui in primo luogo va annoverata l'Eminenza Vostra, la implorata Benedizione Apostolica.

Programma Hebdomadae est dedicatum orationibus, s. Liturgiis, studiis ac consultationibus. Osservatore Romano indicat die 18. Februarii a. c. programma prouti sequitur:

La quinta Settimana per l'Oriente Cristiano è posta sotto il celeste patronato di Maria Santissima Annunziata e di S. Giovanni Crisostomo.

Tema generale è il Concilio di Firenze e il motto è: *in veritate et charitate.*

Ecco il programma delle riunioni di preghiera e di studio.

27. a p r i l e : ore 18: Nella Chiesa della Badia funzione di apertura. *Discorso inaugurale di Sua Em. il Cardinale Elia Dalla Costa, Arcivescovo di Firenze.* Preghiera per l'Oriente cristiano. Benedizione Eucaristica.

28 a p r i l e : ore 10.30: Nella Basilica di S. Maria Novella: *Liturgia Pontificale di rito Bizantino-Greco.* Celebrante: S. Ecc. Mons. Giuseppe Perniciaro, Vescovo Ausiliare per l'Eparchia di Piana dei Greci, con assistenza di Sacerdoti italo-albanesi e con canti eseguiti dalla „Schola Cantorum“ del Seminario Fiorentino — ore 19.30: Nella Chiesa della Badia: prima seduta di studio con parole di apertura di S. E. Rev.ma Mons. Marcello Mimmi, Arcivescovo di Bari e Vicepresidente dell'A. C. I. O. C.

a) „*Le giornate fiorentine del Concilio di Firenze*“ del Rev.mo Mons. Dott. Emilio Sanesi, Canonico della Metropolitana Fiorentina e Professore del Seminario Arcivescovile;

b) „*Il contributo dogmatico del Concilio di Firenze*“ del P. Maurizio Gordillo S. J. Vicepresidente del Pontificio Istituto Orientale di Roma.

Ore 18: In Cattedrale. Litanie dei Santi; discorso di S. E. Mons. Stanislao Battistelli, Vescovo di Sovana e Pitigliano: *S. Giovanni Crisostomo, Dottore della Chiesa di Oriente.*

Ore 21: Nel Salone Fiorentino in Via de' Pucci, conferenza con proiezioni sulla *Iconografia Mariana Orientale* del rev.mo Mons. conte Alessandro Sipiaghin, già deputato della Duma Russa e professore del Pontificio Istituto Orientale di Roma.

29 aprile: ore 9: *Solenne Liturgia in rito etiopico* celebrata dai Sacerdoti del Convento etiopico di Casamari.

Ore 10.30: *Solenne Liturgia Pontificale in rito Bizantino slavo*, celebrata da S. E. Mons. Evreinoff, Vescovo Consacrante per gli Orientali, con canti eseguiti dagli alunni del Pontificio Collegio „Russicum“ e del Pontificio Collegio Ruteno di Roma.

Ore 16: Seduta di studio per i Sacerdoti ascritti alla „Unione Sacerdotale per l'Oriente Cristiano“ con conferenza tenuta dal Rev.mo Mons. Dott. Domenico Panciera.

Ore 16.30: Nella Chiesa della Badia, seconda seduta di studio: „*L'ambiente storico e le grandi figure del Concilio Fiorentino*“ del Rev.mo sac. dott. Paolo Pappalardo della Sacra Congregazione Orientale. „*Armeni, Siri, Copti ed Etiopi nel Concilio Fiorentino*“ del Rev.mo P. Severiano Salaville A.A. Consultore della Sacra Congregazione Orientale.

Ore 18: in Cattedrale: Litanie dei Santi; Discorso di S. E. Mons. Giovanni Sismondi, Vescovo di Pontremoli su: „*Il culto della Vergine nell'Oriente Cristiano*“ Preghiera per l'Oriente e Benedizione.

Ore 21: nella Chiesa di S. Lorenzo: *Grande concerto di canti melrugici e popolari russi, etiopi, ruteni e romeni* diretto dal M. Butchiewich.

30 aprile ore 9: *Solenne Liturgia in rito romeno-bizantino*, celebrata da sacerdoti ed alunni del Pontificio Collegio Romeno di Roma.

Ore 10.30: *Solenne Liturgia Pontificale in rito Armeno*, celebrata da S. E. Mons. Sergio Der Abrahamian, con assistenza e canti eseguiti dagli alunni del Pontificio Collegio Armeno di Roma.

Ore 16.30: nella Chiesa della Badia: terza seduta di studio: „I Domenicani e l'Oriente Cristiano“ del Rev.mo P. Innocenzo

Taurisano, O. P. — „*Il Concilio Fiorentino e l'attuale movimento per l'Oriente Cristiano*“ del Rev. don Aristide Brunello, delegato nazionale per l'Oriente Cristiano. *Parole di chiusura di Sua Eminenza il Cardinale Luigi Lavitrano*, Arcivescovo di Palermo e Presidente dell'Associazione Cattolica Italiana per l'Oriente Cristiano.

Ore 18: In Cattedrale: Litanie dei Santi; Discorso di S. E. Mons. Mario Toccabelli Arcivescovo di Siena su „*L'Eucaristia e l'unità della Chiesa*“ Preghiera per l'Oriente cristiano e benedizione col Santissimo.

1. maggio: ore 9.30: In cattedrale: *Pontificale solenne di S. Em. il Card. Elia Dalla Costa*, Arcivescovo di Firenze, con assistenza dei Vescovi e Sacerdoti orientali. Omelia.

Ore 11: *Processione solenne* colla Sacra Reliquia del Capo di S. Giovanni Crisostomo, con l'intervento degli Em.mi Cardinali, Ecc.-mi Vescovi e Prelati e del Clero dei vari riti.

RECENSIONES

Dr. Rudolf Graber, Christus in seinen heiligen Sakramenten.
Verlag Kösler-Pustet, München, 1937, pp. 182.

Sacramenta Novae legis ponunt fundamentum religiosae renovationis quovis tempore in Ecclesia Christi. Ex quo autem illud Apostoli verbum: „Omnia instaurare in Christo“ (Eph. 1, 10) in ore Pii X. revixit, non solum Christus in SS. Eucharistiae sacramento, sed et in aliis sacramentis populum sibi acceptabilem educare vitaque divina adimplere debet. Renovatio liturgica, actio catholica nec non profundior Ecclesiae prouti Corporis Christi mystici cognitio s. sacramentis optime fundantur et plenitudine virtutis Christi ex septem sacramentis haurienda nutriuntur.

Auctor libri momentum Christi sacramentorum non modo subjective, sed et objective pertractans, et metaphysicam ut ita dicam, eorum cognitionem tempori nostro valde opportunam suppeditare conatur. Fons uberrimum, prouti ipse fatetur, invenit in dogmaticis thesibus, quae in conferentiis dioecesis Eichstättensis ab anno 1854—1870 tractabantur et in litteris pastoralibus sunt publicatae.

Liber Dris Graber de Christo in s. sacramentis continet nova et vetera. Internam sacramentorum in Christo unitatem eorumque mutuum nexus ostendens claram doctrinam affert in re tam gravi et vitae practicae christiana tam necessaria, ut ipsam in supernaturalibus radicibus mittendis adjuvaret.

—a.

Gordillo Mauritius, S. J., Compendium Theologiae Orientalis
in commodum auditorum facultatis theologicae concinatum. Roma,
1937, pp. XVI, 275.

Cum hucusque nonnulla sunt instituta theologica, quae proprias habent cathedras theologiam orientalem spectantes, proderit Compendium professoris Pontificii Instituti orientalis P. M. Gordillo, Romae, nuper editum necessitati, quam imposuit omnibus theologicis studiis incumbentibus voluntas Pii XI. P. M., ut nempe Oriens Christianus melius a theologis catholicis cognosceretur. Unicuique capiti adjungit auctor Compendii uberiorem bibliographiam ad quaestionem profundius cognoscendam. Doctrinam de primatu, de processione Spiritus Sti, de immaculata Conceptione B. Marie Virg. fusius pertractat, non omittens quaestionem de epiclesi et de purgatorio nec non theologiam nestorianam et monophysiticam, ubi differt a theologia catholica. Quae initio praemisit auctor de ritibus et ecclesiis orientalibus tum catholicis tum acatholicis, et quae ad finem sui operis adjunxit adducens documenta amoris S. Sedis erga Orientem Christianum, utilitatem Compendii practicam adhuc recommendant. —a.

Cirilometodski vjesnik, smotra za crkvenoslovensku glasbu i umjetnost – s glasbenim prilogom, Zagreb, Godina V., 1937.

Cantus et musica sacra in ecclesia graeco-catholica speciali foveatur cura. *Zagrebii* in Jugoslavia optimum nomen in s. sanctu et musica exercenda acquisivit ecclesiasticus chorus cantantium coadunatus sub patrocinio ss. Cyrilli et Methodii. Cujus artem nuper admirata est Gallia, Helvetia et Italia occasionem nacta chorum audiendi. Ad studia s. cantus promovenda edit ecclesiasticus chorus Zagrebiensis iam per quinque annos litteras periodicas (mensiles) sub nomine „*Cirilometodski Vjesnik*“, qui et articulos s. cantum vel musicam spectantes affert. et nova opera ad usum praesertim liturgicum composita adjungit haud neglectis nuntiis vitam musicae artis prosequenteribus. Ex ultimo V. anno „Cm. Vjesnika“ saltem hosce articulos adducimus: V. V., Systema et notatio ecclesiasticae musicae Byzantinae (p. 1). S. Gorjanski, Zagreb, Partes musicae in aulicis et ecclesiasticis caeremoniis imperii Byzantini (p. 17.). Josip Požgaj, Magnum iter chori a ss. Cyrillo et Methodio per Italiam, Galliam et Helvetiam susceptum (p. 21.). Vjekoslav Višošević (redactor folii), Ideologicum et artiscitum momentum illius itineris (p. 35.). V. Višošević, Instrumenta musicalia in religioso cultu. V. T. (p. 57.). S. Gorjanski, Zagreb, Monodia tempore antiquo. *Idem*, Mysticus musicae conceptus veteris et mediaeaevi. V. V., Zagreb, Ecclesia Hagia Sophia Constantinopolitana ejusque momentum in evolutione musicae artis liturgicae. A. I. Manov, Varna, Detectio (dešifriranje) vete-

rum Byzantinorum signorum, quibus „notae“ musicales exprimebantur (p. 89.). A. Gastoné, Paris, Primaevae Byzantinae et Slavicae „notae“ (musicales) comparatae cum Gregorianis.

Ad singulos fasciculos additae sunt novae compositiones: *Božidar Šviola*, Svatij Bože, *M. Ivšić*, Hvalite Gospoda s nebes, *A. Grečaninov*, Otče naš, Milost mira, Níjne otpuščaješi, *Česnokov*, Tebe pojem, Velicit duše moja Gospoda (Magnificat), *Kolarić Mirko*, Iže heruvimi etc.

—a.

Bogoslovska smotra, organ hrvatske bogoslovske akademie, Godište XXV., uredili: Dr. Stjepan Bakšić i Dr. Andrija Živković, red. prof. bogosl. fakulteta; Zagreb, 1937.

Ephemerides theologicae, quarum edendarum curam gerit croatica Academia theologica, continent singulis fasciculis longiores dissertationes, deinde breviores notas, analecta et recensiones. Argumentum dissertationum respicit varias disciplinas theologicas, philosophiam, apologeticam, jus canonicum, moralem, et haud raro quaestiones unitatem Ecclesiae tractantes respicit. Sic in ultimo anno „Ephemeridum“ *Dr. Camillus Dočkal* publicavit „Historiam Ecclesiae Chaldaicae et Persicae“, *Pavič Juraj* explicavit verum sensum verborum: „Pravoslavni“ ili „pravovjerni“, et *Andrija Spiletač*, hodiernus magni episcopi Strossmayer advocatus, scripsit: „Neke i danas savremene Strossmayerove misli“ (Quaedam ideae episc. Strossmayer, quae ne hodie quidem sunt actualitate privatae). In adnotationibus prater alia refert *Paša Đuro* de primo conventu orthodoxorum, ad quem Athenas convenerunt representantes eorum theologicarum facultatum. Litteratura recensioni „Ephemeridum“ subjecta est sat copiosa italica, gallica, germanica et domestica, ast e libris bohemicis *unicus* liber Dr. Ant. *Salajka*, Doctrina theologorum orientalium de Christi redemptione, recensetur. Deest adhuc illa communicatio inter nostros proximos fratres, quae Slavorum labori catholico novas vires magnumque incrementum utinam sit allatura!

—a.

Nova editio librorum liturgicorum ritus slavici-byzantini et ecclesiastica-slavica Biblia catholicorum Ruthenorum (Ucrainorum).

In suo praeclaro Motu Proprio de die 21. Decembris 1934 ordinat Pius PP. XI. non solum, ut Pontificia Commissio pro Russia reformatur, sed insuper, ut liturgici libri ritus slavici-byzantini recenter edantur: „Ac tantopere Nobis cordi est, ut ritus slavicus-byzantinus servetur sospes, ut etiam — cum in comperto habeamus eos e filiis Nostris, qui hoc ritu utuntur, liturgicis indigere libris — Nobis decretum sit,

hoc genus libros, nulla interposita mora, esse in lucem edendos. Id igitur efficiendum concredimus Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali, quae in rei huiusmodi praeparatione curationeque illos accipiat consilii laborisque socios, qui praecipua, in re tanti momenti, doctrina polleant, studiosaque praestent voluntate.¹ Ut hoc decretum et pium sanctumque desiderium Pii XI. quam primum in effectum deduceretur, constituta est propria et specialis Commissio pro revidendis et prelo mandandis libris liturgicis ritus slavici-byzantini, approbata a Summo Pontifice die 22. Januarii 1936.

In revidendis et prelo mandandis libris liturgicis ritus slavici-byzantini elementum integrale et substantiale constituunt textus scripturistici cum Veteris tum Novi Testamenti. Textus scripturistici occupant enim in libris liturgicis ritus slavici-byzantini locum longe principaliorem et ampliorem ac in nostris libris liturgicis ritus latini. Frequentissimi et extensione amplissimi occurunt in libris liturgicis ritus slavici-byzantini textus scripturistici desumpti ex Psalmis, libris propheticis et didacticis Veteris Testamenti, ex Evangelii, Actibus Apostolorum et Epistolis. Omnes isti textus scripturistici eloquentissime testantur summam ac piam reverentiam erga libros sacros Veteris et Novi Testamenti, quam reverentiam catholica ecclesia ritus slavici-byzantini communem habet cum omnibus ecclesiis orientalibus unitis et schismaticis. Omnes enim ecclesiae orientales, unitae et schismaticae, cum non essent adeo expositae nocivo influxui falsarum opinionum Pseudoreformationis protestantiae, conservaverunt sibi filialem, humilem et devotam fidem in „verbum Dei“, revelatum et depositum in Sacra Scriptura utriusque Testamenti, quod „verbum Dei“, sequentes probata principia orientalium ss. Patrum primorum saeculorum christianorum, numquam intellexerunt et explicaverunt secundum persaepe rationalistica placita criticae artis biblicae. Patet modestum et honore plenum laborem istius praefatae pro revidendis et prelo mandandis libris liturgicis ritus slavici-byzantini constitutae Commissionis potissimum in eo consistere, ut procuretur practica, non critica, editio librorum liturgicorum ritus slavici-byzantini, in qua editione locum principalem et amplissimum obtinebunt iam commemorati textus scripturistici Veteris et Novi Testamenti.

Cum res ita se habeat, oritur nunc certe gravis et consideratione digna quaestio, unde praefata pro revidendis et prelo mandandis libris liturgicis ritus slavici-byzantini constituta Commissio haustura sit suos, ad rem pertinentes textus scripturisticos Veteris et Novi Testamenti. Non est dubium, quin praefata Commissio tamquam praecipuis subsidiis et fontibus usura sit duabus editionibus ecclesiastico-slavicae Bibliae catholicorum Ruthenorum (Ucrainorum). Prima editio ecclesiastico-slavicae Bibliae catholicorum Ruthenorum facta est a PP. Ba-

¹ Conf. Acta Apost. Sedis 27 (1935), pag. 66

silianis in Počajev anno 1798 et est approbata a catholico episcopo Stephano Levjenskij. Secunda editio eiusdem ecclesiastico-slavicae Bibliae catholicae procurata est in polonica civitate Przemysl anno 1859 et est approbata a catholico episcopo Gregorio barone Jachimovič. Utraque haec editio catholica concordat quoad numerum sacrorum textuum, quoad argumentum, linguam et orthographiam cum illa celeberrima editione Bibliae slavicae, quae sub auspiciis russicae imperatricis Elisabethae anno 1751 Moscoviae in lucem prodiit.

Certe non teremus inaniter tempus, si hic loci faciemus brevem quidem, sed eo magis utilem mentionem istius anno 1751 publicatae Bibliae slavicae. Biblia slavica anni 1751 innititur duabus antiquioribus et praecedentibus editionibus slavicis, quae in tota Russia summa auctoritate gaudebant: editione Bibliae slavicae Ostrogensis ex anno 1581 et editione Bibliae slavicae Moscoviensis ex anno 1663. Viri docti, qui in elucubranda editione Bibliae slavicae anni 1751 exsudabant, non erant autem meri compilatores et copistae praecedentium editionum Bibliarum slavicarum Ostrogensis et Moscoviensis; corrigebant et emendabant enim magna cum circumspectione multos praeiacentes textus Bibliarum slavicarum Ostrogensis et Moscoviensis secundum graecos codices Alexandrinum et Vaticanum, secundum Vulgatam et Polyglottam Complutensem, immo secundum hebraicum textum Massoreticum. Tali modo facta est editio Bibliae slavicae anni 1751 opus sub respectu scientifico classicum et revera omni aestimatione dignissimum. Lingua Bibliae slavicae anni 1751 proclamata est lingua officialis liturgiae et ecclesiae russicae. Libri grammatici linguae ecclesiastico-slavicae praescripti pro seminariis, scholis mediis et elementaribus desumunt abhinc suas regulas, suam syntaxim et sua exempla ex Biblia slavica anni 1751.

Jure meritoque adhibebit ergo nostra pro revidendis et prelo mandandis libris liturgicis ritus slavici-byzantini constituta Pontificia Commissione in suo gravi et honorifico labore tamquam praecipuum fontem et adiutorem probatissimum Bibliam ecclesiastico-slavicam catholiconrum Ruthenorum, quae Biblia quoad substantiam concordat cum praeclarâ et classica Biblia slavica anni 1751. Conaminibus istius praefatae Pontificiae Commissionis, quae sine dubio erunt magni momenti protam feliciter coepto movimento unionistico, exoptamus autem a Deo Optimo prosperum eventum.

Msgre Dr. Barth. Katal.

Dr. Josef Hlouch, Problém odpadu od Církve. Olomouc 1937, sumptibus Matice cyrilometodějská. 233 pp. Pretium Kč 24.—.

Omnès Ecclesiam Christi vere amantes sincero dolore implebantur, cum turbulentis annis bellum mundanum sequentibus multi apud nos a falsis prophetis seducti religionem catholicam dereliquerint. In ope- re supra adducto „Problema apostasiae ab Ecclesia“ Dr. Josephus

Hlouch finem sibi constituit, ut ostenderet, quantum crimen apostasia juxta judicium Ecclesiologiae Veteris et Novi Testamenti necnon ss. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum esset, quae causae ad apostasiam ducere solerent, quae essent deinde tristes sequelae apostasiae.

Majorem partem libri explet secunda pars operis, in qua auctor causas intellectuales, morales, sociales apostasiae depingit et omnia diligentur affert, quae sub hoc respectu consideranda veniunt.

Thema operis Dris Hlouch est vere actuale tum pro sacerdotibus, ut melius omnem miseriam apostatarum intelligent, tum pro laicis, ut pericula ad apostasiam ducentia sedulo vitent vel, si casus fert, viam ad Matrem Ecclesiam propria culpa derelictam iterum inveniant. Qui causam vulnerability cognoscit, inveniet etiam facilius necessariam medicinam.

Dr. Josephus Hlouch, qui in practica cura animarum prius occupatus fuit et nunc theologiam pastoralem in Facultate theologica ss. Cyrilli et Methodii Olomucensi tradit, modo, quem in tractando themate adhibet, magnam misericordiam et amorem vere christianum erga oves deperditas ostendit. Qua ex causa lectio libri multum proderit, ut fideles in filiali adhaesione ad sanctam Matrem Ecclesiam catholicam confirmantur, errantes autem errorem suum cognoscant et ad ovile Christi redeant.

Optamus auctori, ut brevi tempore aliud opus edere possit, in quo ostendere vult, quae media ad reducendos apostatas in Ecclesiam adhibenda sunt.

Dr. Ol. Karlik.

Zlámal Theophil., Sacellum st. Cyrilli et Methodi Olomucense. (Excerptum ex Apoštolát, Olomucii 1937.)

Iuvenis sacerdos historicus scripsit tractatum informativum de sacello ss. Cyrilli et Methodi in parochia s. Mauricii Olomucii olim existente. Opus hoc fontibus innixum archivi parochiae st. Mauricii et capitulae necnon urbis Olomucii duabus imaginibus ornatum est. Auctor ostendit ecclesiam st.-i Mauricii iam saeculo 14. altare sanctis slavorum apostolis dedicatum habuisse, cives vero Olomucenses Bohemos circa a. 1452 in eorum honorem sacellum fundavisse. Momentum sacelli id fuit, quod Olomucii tunc temporis vel maxime teutonici liturgia Bohemice celebratur. Quod quidem usque ad a. 1553 ita fuerat. Abhinc autem magistratus Olomucensis maxima ex parte Lutheranus praedicationem lingua bohemica impossibilem effecit. Consurrectio bellumque 30 annos protractum cultum st. Cyr. et Meth.-i magis adhuc labefactarunt. Demum populus ipse bohemicus coloniarum Řepčín, Neředín, Holice cosuetudinem antiquam maiorum hereditatem appellans anno 1673 affatim postulabat, ut liturgia in sacello st.-orum Cyr. et Meth.-i renovaretur. Sic hocce in sacello incipiebant jesuitae praedica-

re, qui Olomucii memoriam st. C. et M.-i specialissime venerabantur. Posteriore tempore praepositus Giannini de promovendo cultu Cyrillo-Methodiano quam maxime promeritus est. Quod tum adaptatione sacelli tum introducta sollemniore liturgia necnon impetratis pro statutis a. diebus indulgentiis effectum est. Ita usque ad a. 1784, quando saccellum a Josepho II. caesare ex usu eccl. exemptum prius pro depositario usitatum demum dirutum est.

Dr. Aug. Neumann.

A. M. Amman, S. J., Kirchenpolitische Wandlungen im Ostbaltikum bis zum Tode Alexander Newskis Studien zum werden der russischen Orthodoxie. 316 Seiten. Pont. Instit. Orientalium studiorum. Roma 1936. 60'-- Lit.

Dieses in der Reihe „Orientalia Christiana analecta“, Nr. 105, erschienene Werk behandelt die kirchenpolitischen Verhältnisse im Ostbaltikum bis zum Jahre 1263. Das Gebiet des heutigen Lettland und Estland stand durch Jahrhunderte hindurch in der Interessensphäre zweier Welten, des lateinisch-germanischen Nordwestens und des slavisch-orthodoxen Nordrusslands. Auf diesem Gebiete kam es zu jener Auseinandersetzung zwischen diesen zwei Welten, die auf das spätere Verhältnis beider zu einander bestimmenden Einfluss hatte.

Das halb-geistlich, halb-weltliche Leitbild des heiligen römischen Reiches deutscher Nation dringt unter dem Schutze höherer Waffenkultur in ein Gebiet ein, um es für das Christentum, zugleich aber auch für das Reich zu gewinnen. Auf der anderen Seite steht das werdende Russland, das wohl ursprünglich von den lateinischen Warägern stark beeinflusst war, dann aber ganz unter byzantinischen Einfluss kam. Das Ringen beider Welten um die Beherrschung des ostbaltischen Raumes, das wohl letzten Endes ein politisches war, bei dem aber religiöse und politische Fragen oft nicht zu trennen waren, war ein stark mitbestimmender Grund des später nahezu unüberbrückbaren Gegensatzes zwischen dem Westen und Osten, besonders auf dem religiösen Gebiete.

Der Verfasser, der in gründlicher Ausführlichkeit alles notwendige Material herbeigetragen hat, deckt in überzeugender Weise die letzten Ursachen jener Gegensätze auf und weist durch eine gerechte Würdigung aller an diesem Ringen beteiligten Kräfte den Weg zum Verständnis jener Zeit und zeigt damit auch die Möglichkeit der Verständigung auf. Wenn die Gründe aufgedeckt sind, die den Westen und den Osten so weit auseinander gebracht haben, lassen sich auch die Mittel finden, die wieder zur Union führen können.

Univ. Prof. Dr. Josef Matzke.

In deposito Academiae Velehradensis adhuc supersunt:

Slavorum litterae theologicae:

Conspectus periodicus, Pragae. (Incomplete!)

Tom. I. 1905

Tom. II. 1906

Tom. III. 1907

Tom. IV. 1908

Tom. V. 1909

Tom. VI. 1910

Acta Academiae Velehradensis:

(Incomplete.)

Tom. VII. 1911 fasc. 1.—2., fasc. 3., fasc. 4. 20 Cč.

Tom. VIII. 1912 1. – 3. fasc. 10 Cč.

Tom. IX. 1913 1. – 2. 5 Cč.

Tom. X. 1914 – 1919. 30 Cč.

Tom. XI. 1920 – 1922. 15 Cč.

Tom. XII. 1. – 2., 1932

Tom. XII. 3. – 4., 1934

Acta Conventus Velehradensis:

Acta I. Conventus Velehradensis. 10 Cč.

Acta II. Conventus Velehradensis. 10 Cč.

Acta III. Conventus Velehradensis. 15 Cč.

Acta IV. Conventus Velehradensis, 40 Cč.

(leg. 50 Cč.)

Acta V. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

Acta VI. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

Opera Academiae Velehradensis:

Tom. II. *Konstantinus-Cyrillus und Methodius, Die Slavenapostel* von Franz Snopek, Kremsier 1911. 30 Cč.

Tom. III. *Nomenclator (incompletus).*

Tom. IV. *Acta conventus Velehrad.* III. uti supra.

Tom. V. *Die Slavenapostel, Kritische Studien* von Dr. Franz Snopek, Kremsier 1918. 30 Cč.

Tom. VI. Trudy. *Acta Conventuum Velehradensium in lingua russica.* 10 Cč.

Tom. VII. Popov, *Katechismus (germanice).* 5 Cč.

Tom. VIII. *Vladimír Sergijevič Solovjev, jeho život a působení* od K. Jindřicha. 5 Cč.

Tom. IX. Dr. Fr. Grivec, *Pravoslaví*, ze slovinského rukopisu přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1921. 5 Cč.

Tom. X. *Byzantinské pojímání církevního prvenství s dodatkem o pravověrnosti svatého Cyrila a Metoda* od Fr. Grivce, univ. prof., přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1922 (ex haustum)

Tom. XI. *Acta V. Conventus Velehradensis* 1927. 50 Cč. (2 Dol. am.)

Tom. XII. Dr. Grivec, *Die hl. Slavenapostel Cyrilus und Methodius.*

Tom. XIII. Dr. Bonifác Segeša, *Církev východní a západní. Z jazyka řeckého český překlad,* 25 Cč. (Socii A. .V 16 Cč.)

Tom. XIV. *Acta cursus Pragensis* 1930. Pret. 38 Cč.

Tom. XV. Rudolf Hurt, *Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě.* 1934. 60 Cč.

Tom. XVI. Dr. Vincenc Pořízka, *Solovjev a církev.* 1935. 15 Cč.

Tom. XVII. Dr. Jos. Vajs, *Evangelium sv. Jana.* Text rekonstruovaný. 45 Cč.

Academia Velehradensis
Olomouc ČSR. Salesianum.

**ACTA
ACADEMIAE
VELEHRADENSIS**

ANNUS XIV.

FASC. 2.

OLOMUCII 1938

SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS

ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

Eduntur annuatim in quatuor fasciculis. Subnotatio pro anno 30 Kč, pro externis 40 Kč.

Redactores: Prof. dr. *Jos. Vašica*, msgre *Frant. Jemelka*, prof. dr. *Josef Matocha*, dr. *Vincenc Pořízka*, collaborantibus professoribus Collegii theologiae facultatis a ss. Cyrillo et Methodio, Olomucensis.

Redactio: *Olomouc, Úřednická 7.* – Administratio: *Olomouc, Theologica facultas a ss. Cyrillo et Methodio.*

Auxilium in edendis Actis promiserunt: Prof. dr. Franc. *Grivec*, Ljubljana; dr. Jos. *Slipyj*, rector Academiae Leopoliensis; prof. P. Sev. *Salaville*; prof. dr. M. *Jugie*; dr. Georgius *Hofmann*, S. J., prof. Pont. Inst. Orientalis Romae; prof. A. M. *Ammann*, S. J., prof. Pont. Inst. Orientalis; dr. Theophilus *Spáčil*, dr. Thomas *Kurent*, S. O. Cist., Stična, Jugoslavia; dr. Andreas Živković, prof. univ. Zagreb; dr. Rochus *Rogošić*, prof. theolog. Makarska; dr. Ignatius Šwirski, prof. univ. Wilno; dr. Špurek, prof. theolog. Obořiště; dr. Ant. *Salajka*, Praga.

Contenta in fasc.: 2.

	Pag.
Dr. Thomas <i>Kurent</i> , Studia quaestionem de primatu ecclesiae saeculo IX. disputatam illustrantia	81
Dr. V. <i>Pořízka</i> , De conceptu Gratiae in Bhagavadgítá et in Novo testamento	105
P. Dr. H. M. <i>Jurák</i> , O. P., De provinciae S. Hyacinthi Ord. Praed. in Russia fundatione	120
P. G. <i>Hofmann</i> , S. J., Quomodo formula definitionis concilii Florentini de potestate plena papae praeparata fuerit	138
Varia. Quinta Hebdomada pro Oriente christiano	149
Cultus sancti Demetrii in terris Bohemicis	154
Recensiones: Einige Bemerkungen zur Geschichte des Konzils von Florenz in Russland, (A. M. Ammann, S. J.)	155
The voice of the Church – Cerkovnyj Golos (– a)	160

Acta Academiae Velehradensis

Tomus XIV.

A. D. 1938.

Fasc. 2.

REDACTIO ET ADMINISTRATIO: OLOMOUC, RČS.

THEOLOG. FACULTAS A SS. CYRILLO ET METHODIO

Num. ord. 400/38.

IMPRIMATUR

Olomucii, 28. V. 1938.

† LEOPOLDUS, archiepiscopus Olomucen.

STUDIA QUAESTIONEM DE PRIMATU ECCLESIAE SAECULO IX. DISPUTATAM ILLUSTRANTIA

Dr. Thomas Kurent, S. O. Cist., Stična.

(Continuatio.)

CAPUT I.

CONCEPTUS NICOLAI I. DE ECCLESIA IN GENERE

7. Ad conceptum Nicolai I. papae de primatu ecclesiastico melius intelligendum, conceptum prius, quem proponit in ecclesia in genere, considerare expedit. Conceptum de ecclesia in genere Nicolaus I. rarius exponit. Ecclesiam universalem Nicolaus I. una cum sacra scriptura et tota traditione christiana considerat 1^o ut domum Dei, „quae est ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis“; 2^o ut sponsam Christi, vel ut thalamum Christi; interdum supponit conceptum ecclesiae 3^o ut corpus, cuius praecipua membra sunt episcopi, caput vero sedes Romana; 4^o ecclesia omnia ut societas supernaturalis designatur, nempe sanguine Christi redempta et a Christo super verae fidei petram fundata.

8. Conceptum de ecclesia ut domus Dei expresse enuntiat Nicolaus in epistola archiepiscopis, metropolitanis et episcopis Constantinopolitanae ecclesiae subiacentibus 866 Nov. 13 de gestis a se in causa Ignatii et Photii directa, scribens: „qualiter zelo zelati pro domo Dei quae est ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis (1 Tim. 3, 15), more decessorum meorum sollicitudinem omnium

ecclesiarum Dei circumferentes, nos de his egerimus vel disposuerimus, vobis . intimamus".¹ Conceptus domus semper supponitur, cum de ecclesia super fundamentum exstructa sermo fit. Dilucide hunc conceptum exponit Nicolaus in epistola ad Photium 862 Mart. 18 missa, cum de primatu Romanae ecclesiae agens adduxit verba promissionis: „Ad quam promissionem sanctae apostolicae institutionis cimento coeperunt huius fundamenta ex pretiosis succrescere lapidibus et annuente divina clementia per studium structorum et apostolicae auctoritatis sollicitudinem usque ad culmen insolubiliter perducta perpetualiter mansura sine sinistrae aurae impulsu consistere”.²

9. Conceptum de ecclesia ut sponsa Christi adhibet Nicolaus ad unitatem eius inculcandam. Quae unitas secundum Nicolaum eo usque extenditur, ut ecclesia idem dicatur quod Christus; quod tamen minime prohibet, quominus in hierarchia quaedam potestatis discretio statuatur. In epistola ad archiepiscopos et episcopos per Galliam constitutos in causa Rothadi missa (865 ca. Jan. ex.) Nicolaus privilegia Romanae sedis defendens hunc conceptum ita evolvit: singularum ecclesiarum, quae propter diversitatem terrarum multae esse dicuntur, una est et unica sponso suo existit. Nicolaus provocat ad Cant. 6, 8. „Una est columba mea” et Ps. 21, 22: de manu canis quaerit unicam suam erui pastor et episcopus ac pontifex Dominus noster Jesus Christus, qui hanc creavit et redemit. Quo fit, „ut ille veraciter ac principaliter ista sit omnia, iuxta quod fidelibus per primum apostolum dicitur (1 Petr. 2, 25): „Conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum” et iuxta quod egregius praedicator de eo loquens (Hebr. 7, 26): „Talis”, inquit, „decebat, ut nobis esset pontifex”, — subiturus tamen ad coelos hanc apostolis commendavit ac per eos tamquam hereditario iure successoribus eorum (nobis scilicet), quos pastores et episcopos ac pontifices super ipsam constituit, omnis eius providentiae curam indulxit . . .” Et adducit Nicolaus textum ex s. Leonis papae I. epistola ad Anastasiū Thessalonicensem directa, quo distinctionem in hierarchia ecclastica comprobet: „et inter beatissimos apostolos fuit quaedam

¹ MGH, Epist. VI p. 512; Ph. Jaffé, Regesta pontificum Romanorum II, ed. 2 (Leipzig 1888) n. 2819.

² MGH, Epist. VI p. 447; Jaffé n. 2691.

discretio potestatis et, cum omnium pars esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris praeemineret. De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio".¹

Cum conceptu de ecclesia ut sponsa Christi cohaeret alius conceptus de ecclesia ut thalamus Christi, quem proponit Nicolaus ad archiepiscopos metropolitanos et episcopos Constantinopolitanae ecclesiae subiacentibus (866 Nov. 13) scribens: „quomodo vos cupiamus in visceribus Christi et in ecclesiae gremio continere, quae diffusa in toto orbe terrarum quasi unus Christi thalamus est, atque in sanctae communionis una nobiscum persistere, ut unum sapiamus omnes et non sint in nobis schismata“.²

10. In enuntiationibus suis de ecclesiastica hierarchia interdum Nicolaus conceptum quoque de ecclesia ut corpus supponit et applicat. Ita v. g. in epistola ad archiepiscopos per Galliam constitutos (865 ca. Jan. ex.) directa quaerit: „An episcopi de universalis ecclesia non sunt, ut de illis damnandis per vos aliquid ad unam sedem Petri non deferri curetur? Vel quomodo nil usquam a suo capite dissidet, cum de adiudicandis praecipuis membris ecclesiae, id est episcopis, a capite, id est a sede apostolica, dissentitis?“³ Idem conceptus, ut postea videbimus, supponitur, quotiescumque sermo fit de sede vel ecclesia Romana ut capite ecclesiae universalis vel capite religionis.

11. Nicolaus I. papa ecclesiam considerat denique ut societatem supernaturalem tum quoad originem et finem, tum quoad institutionem et constitutionem ac media gratiae.

Supernaturalem indolem ecclesiae Nicolaus apte illutrat praesertim ad Karolum Calvum (862 Nov. 23), ut Balduino filiae regiae rapporti ignoscat scribens: „Beato ac pretioso Christi Dei nostri cruento ecclesia sancta redempta et sacro ipsius Domini super solidam verae fidei petram fundata elogio pietatis suae viscera omnibus, non solum quos aqua regeneravit et spiritu delinquentibus, verum etiam quos sacri nequit lavare unda baptismatis, patet atque gremio gratulatur fovere salubri. Unde ab ipso eius institutionis exordio ad eam omnes velut ad pium carissimae genitricis gremium confugere

¹ MGH, Epist. VI p. 392; Jaffé, n. 2785.

² MGH, Epist. VI p. 532 sq.; Jaffé n. 2819.

³ MGH, Epist. VI p. 393; Jaffé n. 2785.

digna devotione procurant, qui se in aliquo flagitii scelere iacere cognoscunt, ut per spiritalem gratiam, quae rite ignoscit potentibus, a peccatorum nexibus absolvantur. Et quoniam ad hanc sanctam Romanam, cui Deo auctore deservimus, ecclesiam, quae ob sui privilegii principatum, quo ceteras Dei ecclesias orbe universo diffusas excellit divinitus, de diversis mundi partibus cotidie multi sceleris mole oppressi confugiunt, remissionem scilicet et venialem sibi gratiam tribui supplici et ingenti cordis moerore poscentes".¹

Ut finem suum supernaturalem, dispensationem nempe redemptionis humani generis, efficacius assequi posset, secundum mentem Nicolai I. papae Christus Romanae quoque ecclesiae privilegia contulit. Ita scribit Nicolaus (865 circa Jan. ex.) in causa Rothadi ad archiepiscopos et episcopos Galliae privilegia defendens Romanae ecclesiae: „Christus enim privilegia constituta in Petro disposita vel firmata Romanae contulit ecclesiae... Dispensationem quippe redemptionis humani generis antetempora saecularia Deus omnipotens penes se ordinatam custodiens, tempore carnis ostendens, ascensurus ad coelos in apostoli Petri, per quem et apostolatus et episcopatus sumpsit exordium, confessione curaque praecipue collocavit; qui tunc per se et deinceps per sua sollicitudinis heredes circa humanum genus, quae sibi Dominus commendavit, non destitit exhibere”.²

Quae indoles ecclesiae eiusque constitutionis supernaturalis ac divina est praecipua ratio interna, cur Nicolaus I. papa tantopere, ut postea videbimus, in origine divina atque immutabilitate privilegiorum Romanae sedis perpetua insistat.

CAPUT II.

CONCEPTUS NICOLAI I. DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA, IN SPECIE DE EPISCOPIS.

12. Ad s. Nicolai I. papae doctrinam de primatu Romani pontificis profundius perspiciendam eius quoque mentem de ecclesiastica hierarchia seu de dignitate ac potestate sacerdotali in genere, in specie vero de episcopis, paucis recolere iuvat. Secundum mentem Nicolai 1º sacerdotes munere suo Dei et angelorum honore, dignitate atque auctoritate potiuntur; 2º episcopi primas partes in ecclesia ob-

¹ MGH, Epist. VI p. 273; Jaffé n. 2703.

² MGH, Epist. VI p. 399; Jaffé n. 2785.

tinent, quod variis imaginibus, quae conceptui de ecclesia apte correspondent, exprimitur: ipsi fabricae Dei praesunt, ipsi columnae domus summi Regis sunt, rutilantes tamquam splendidae stellae, ipsi arundine sanctam Hierusalem metiuntur, ipsi speculatores civitatis Dei sunt, ipsi arietes, ipsi pastores gregis dominici, custodes in vinea, praecipua membra ecclesiae; 3º episcopi ligandi solvendique potestatem a Deo accipiunt, quapropter iis ius atque officium res religiosas ordinandi competit; 4º congregatio sacerdotum in concilio Spiritus sancti praesentiam denotat.

13. Dignitatem sacerdotalem Nicolaus comprobat imprimis ex munere sacerdotibus a Deo collato, deinde secundum s. Gregorium Magnum ex verbis s. scripturae et exemplis historiae ecclesiasticae. Ita scribit Nicolaus (865 Sept. 28) ad Michaelem III. imperatorem: „oportet pietatem vestram sacerdotibus, qualescumque sint, propter eum, cui deserviunt, reverentiam potius quam iniurias exhibere. Sed de his iam cum sancto papa vobis loquamur Gregorio: Nam in divinis eloquiis sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli vocantur... (provocat ad Exod. 22, 8; 22, 28; Malach. 2, 7). Quid ergo mirum, si illos imperialis pietas honoret, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos aut angelos aut deos ipse etiam appellat Deus? Ecclesiastica quoque testatur historia, quia cum piae memoriae Constantino principi scripto oblatae accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accepit et eosdem, qui accusati fuerant, episcopos convocans in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit dicens: Vos dii estis, a vero Deo constituti. Ite et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, ut nos iudicemus deos“.¹ In eadem epistola ulterius ex eodem s. Gregorio Magno afferuntur quoque verba ad comprobandum, praelatum a subiectis suis non debere iudicari: „Consecrato autem vobis Deo auctore pastori tota vos mente committite atque in illo omnipotenti Deo, qui vobis hunc praetulit, deservite“.²

14. Episcopos primas partes in ecclesia obtinere, Nicolaus clare

¹ MGH, Epist. VI. p. 445 sq.: Jaffé n. 2796. Cf. Registr. Greg. M. V. 36 (MGH, Epist I. p. 318 sq.; Jaffé n. 1395); Rufini Hist. eccl. I, 2 (X, 2) (MPL 21, 468 sq.); Eusebius Kirchengeschichte, herausg. von Ed. Schwarz (Griechische christliche Schriftsteller IX) II, 961.

² MGH, Epist. VI p. 465 sq.; Jaffé n. 2796. Cf. Registr. Greg. M. III, 29 (MGH, Epist. I p. 187; Jaffé n. 1233.)

enuntiat in causa Rothadi (865 ca. Jan. ex.) archiepiscopis et epis-
copis per Galliam constitutis scribens atque ex hoc comprobat, iu-
dicia episcoporum esse „maiora negotia“: „Ipsi quippe primi sunt
in ecclesia, ipsi arundinem tenentes metiuntur sanctam Hierusalem,
ipsi fabricae Dei praesunt, ipsi speculatores civitatis Dei sunt, ipsi
arietes, ipsi pastores gregis dominici, ipsi columnae domus summi
Regis“.¹

Conceptum episcopatus imagine stellarum illustrat Nicolaus in
epistola ad episcopos synodi Suessionensis in causa Rothadi (863
ca. Apr. 28) directa: „Qui (sc. Deus) ideo in sancta sua ecclesia vos
rutilantes tamquam splendidas stellas (cf. Apoc. 22, 16), verbum vi-
tae continentes (cf. Phil. 2, 16) et morum ac virtutum vestrarum lu-
mine longe lateque proximos illustrantes, voluit collocare, ut merito
eandem sanctam ecclesiam iuxta ipsius magisterii dictum coeli no-
mine, ubi talia nimirum fulgent luminaria (cf. Gen. 1, 14), valeamus
veraciter appellare“.²

Imaginem costodum in vinea ad episcopos designandos adhibet
Nicolaus ad Rudolphum Bituricensem archiepiscopum eiusque suf-
fraganeos de excommunicatione Guntharii et Theutgaudi scribens:
„Cepimus enim vobis, dilectissimi, vulpes, sicut quidam nos patrum
nostrorum hortatus est, qui demoliebantur in vineis (cf. Cant. 2, 15);
videte, ne vos dormientes reperiat et pro depasta vinea sua is, qui
in ea custodes posuit, desidiam vestrarum iratus percutiat“.³

Alibi iam vidimus, quomodo Nicolaus episcopos tamquam prae-
cqua membra ecclesiae consideret.⁴

15. Munus atque potestatem episcoporum describit Nicolaus ad
consultum Bulgarorum, si liceat omnibus eorum tempore siccitatis
ad pluviam postulandam ieunium et orationem facere praecipere,
in cap. LVI respondens, iis quidem hoc agere licere, sed congruen-
tius esse, si haec per episcoporum dispositionem fiant, et dat rati-

¹ MGH, Epist. VI p. 396; Jaffé n. 2785. Cf. Hieronymi opusculum *De septem ordinibus ecclesiae* (MPL 30, 162 D). Modus loquendi ceteroquin satis cum pseudo-Isidoro convenit, quod tamen dependentiam aliquam Nicolai ab ipso adhuc non denotat, cum iam ca. 861 in epist. Nicolai ad Unifredum Morinensem tales expres-
siones occurrant, cf. MGH, Epist. VI p. 613; Jaffé n. 2688.

² MGH, Epist. VI p. 356; Jaffé n. 2723.

³ MGH, Epist. VI p. 296; Jaffé n. 2764.

⁴ MGH, Epist. VI p. 393; Jaffé n. 2785. Vide supra p. 83.

ones: „ipsi (sc. episcopi) namque sunt, qui ligandi solvendique protestatem accipiunt, ad horum vocem populi Dei castra moventur et requiescunt; sine his tamquam sine capite fore videmini et quasi oves errantes et non habentes pastorem inceditis. Siquidem in talibus prisco tempore, quod nunc quoque sancta tenet ecclesia, sacerdotum praecedebat institutio et omnis penitus ordinatio et tunc reliquae plebis subsequebatur assensus ac per hoc ordine debito custodito et unanimitate servata Deo largiente voti praestabatur effectus“.¹

Sacerdotum iudicia esse episcopis reservanda, inculcat Nicolaus ad consultum Bulgarorum, utrum presbyterum uxorem habentem debeant sustentare et honorare, in cap. LXX respondens: „de presbyteris, qualescumque sint, ipsorivobis, qui laici estis, nec iudicandum est nec de vita ipsorum quipiam investigandum, sed episcoporum iudicio, quicquid est, per omnia reservandum“.²

16. Congregationem sacerdotum-episcoporum in concilio Spiritus sancti praesentiam denotare enuntiat Nicolaus archiepiscoporum et episcoporum synodi Suessionensis epistolae synodicae (866 Dec. 6) respondens, eorum inde deiectorum fratum revelatione concordiam et sui gaudii rationem exprimens: „Spiritus quippe sancti praesentiam testatur congregatio sacerdotum et in medio Dominum habere es monstrant, qui in ipsius nomine conveniunt in id ipsum“.³

Omnibus istis textibus de ecclesiastica hierarchia, praesertim de episcopis, consideratis, dici potest, Nicolaum papam, I. episcoporum iura, a Deo illis collata, haud neglexisse, sed prout necessitas ferebat, fortiter proclamassem et fideliter defendisse.

CAPUT III.

TERMINOLOGIA ET CONCEPTUS NICOLAI I. DE ECCLESIASTICA ET SUPREMA AUCTORITATE

17. Cum conceptu, quem habet Nicolaus de ecclesia eiusque hierarchia, arcte cohaerent terminologia et notiones, quas ille praebet de supra in ecclesia auctoritate. Supremam ecclesiasticam

¹ MGH, Epist. VI p. 587; Jaffé n. 2812.

² MGH, Epist. VI p. 592; Jaffé n. 2812.

³ MGH, Epist. VI p. 415; Jaffé n. 2822.

auctoritatem seu primatum ecclesiae Nicolaus papa diversis sub aspectibus considerat ac designat: 1º Conceptui de ecclesia ut domus correspondet conceptus eius supremae auctoritatis sub metaphora fundamenti.

2º Notionem ecclesie ut corpus in meteneam evocat idea capitis.

3º Ideam suprematiae in genere significant vocabula ut apex, loci sublimitas, fastigium, cum quibus alii quidam termini, firmitatem significantes, coniunguntur.

4º Ideam supremae auctoritatis in societate exprimunt termini primatus, primas, principatus, principes.

5º Notio supremae auctoritatis aequivalenter designatur terminis ut potestas super omnem ecclesiam vel totius iura potestatis.

6º Alii aspectus describuntur expressionibus ut cura universalis ecclesiae vel cunctarum Christi ovium, sollicitudo omnium ecclesiarum, omnium ecclesiarum mater et magistra, locus primi pastoris, prima sedes, luminare maius.

7º Saepissime vero occurrit ad supremam auctoritatem designandam terminus privilegiorum.

18. Metaphoram fundamenti ad supremam auctoritatem designandam Nicolaus evolvit iam in epistola ad Hermintrudem reginam (863 Oct. in.) directa, Romanae ecclesiae non detrimentum, sed augmentum pollicentem: „nos certissime credimus, quia privilegia sanctae Romanae ecclesiae nullum possunt sustinere detrimentum nec plantatio, quam coelestis Pater plantavit, eradicari, nec fundamenta (cf. Cor. 3, 10), quae summus posuit architectus, queant quibuslibet et quantislibet fluctuationibus amoveri”.¹ Eodem modo loquitur Nicolaus cum Rodulphum Bituricensem archiepiscopum eiusque suffraganeos (864 med. ann.) admonet, ne „ab illa petra decidunt, super quam verus architectus totius domus suae voluit fundamentum construere (cf. Luc. 6, 48)”.²

Item tamquam rationem praecipuam, cur Romanae ecclesiae privilegia defendat, affert Nicolaus notionem fundamenti in epistola ad archiepiscopos et episcopos Galliae in causa Rothadi (865 ca. Jan. ex.) directa: „quae privilegia tanto nos, ut in suis status incolumente persistant, elaborare non cessamus, quanto universae

¹ MGH, Epist. VI p. 376; Jaffé n. 2739.

² MGH, Epist VI p. 296; Jaffé n. 2764.

ecclesiae profuisse, prodesse ac profutura semper esse probantur. Dignum ergo est, ut, ubi universa fabricae moles innititur, ibi firmum validumque habeatur in omnibus fundamentum.¹

19. Notandum est, s. Nicolaum papam saepius, praesertim in epistolis ad Orientales directis, aliam quoque enuntiare sententiam secundum quam notio fundamenti attribuitur fidei Petri, qui in Romana sede vivere, praesidere ac fidei veritatem quaerentibus dare pergit. Ita scribit Nicolaus iam in epistola ad Karolum Calvum (862 Nov. 23) missa: „ecclesia . . . super solidam verae fidei petram fundata“.² In epistola ad Michaelem imperatorem (860 Sept. 25) directa Nicolaus hanc sententiam fusius explicat: „Principatum divinae potestatis, quem omnium conditor electis suis apostolis largitus est, super solidam fidem apostolorum principis, Petri vide-licet, soliditatem constituens, eius egregiam, imo primam sedem deliberavit . . . Petrus denique a firmitate petrae, quae Christus est, structuram universalis ecclesiae inconcussam et fidei robore solida- datam ita precibus suis munire non cessat, ut errantium vesaniam rectae fidei norma reformare festinet . . .³ Item in epistola ad Photium (862 Mart. 18) missa: „Postquam beato Petro principi apostolorum Dominus ac Redemptor noster Jesus Christus . . . ligandi atque solvendi in coelo et in terra potestatem tribuit et ianuas regni coelestis reserandas concessit, supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire ecclesiam . . .⁴

Ex textibus allegatis eruitur, secundum Nicolaum primatum Romanae sedis in fide Petri rationem suam habere. Hanc sententiam Nicolaus clare enuntiat, cum in cap. CVI ad consulta Bulgarorum, qui eum deprecati sunt, ut ipsis, „quemadmodum ceteris gentibus, veram et perfectam christianitatem, non habentem maculam aut rugam“ largiretur, respondet: „Verum nos in his non sumus suf- ficientes, sed sufficientia nostra ex Deo est; et beatus Petrus, qui in sede sua vivit et praesidet, dat quaerentibus fidei veritatem.⁵

¹ MGH, Epist VI p. 394; Jaffé n. 2785.

² MGH, Epist. VI p. 273; Jaffé n. 2703.

³ MGH, Epist. VI p. 433; Jaffé v. 2682.

⁴ MGH, Epist. VI p. 447; Jaffé n. 2691.

⁵ Neque E. Perels in sua editione epistolarum Nicolai critica neque E. Bern-heim, qui in sua monographia Mittelalterliche Zeitanschauungen in ihrem Einfluss auf Politik und Geschichtsschreibung I p. 137 textum tamquam fructum ingenii

Nam et sancta Romana ecclesia semper sine macula fuit et ruga, nimirum quia ille hanc instituit, cuius fidei confessio divinitus exstitit aprobata.”¹

20. Conceptum capitinis ad supremam auctoritatem in ecclesia designandam adhibet Nicolaus in epistola ad Rodulphum Bituricensem eiusque suffraganeos directa: „Capiti ergo religionis, id est sanctae apostolicae sedi, haerete, caput autem serpentis, pravae videlicet suggestionis, antequam cor penetret, in prima fronte conterite.”² Item in epistola ad archiepiscopos et episcopos Galliae (865 ca. Jan ex.) directa: „Neque enim tam stolidus tamve poterit a rationis tramite devius inveniri, qui ceteris ecclesiis privilegia servari et soli Romanae ecclesiae adimi debere perhibeat, quae omnium ecclesiarum magistra, mater et caput est.”³

Notium capitinis universalis ecclesiae illustrat Nicolaus praesertim in epistolis ad Michaelem imperatorem et Photium (862 Mart. 18) directis. In Epistola ad Michaelem: „Si serenissimi imperii vestri gloria . . . hanc sanctam, et apostolicam, caput omnium ecclesiarum, Romanam scilicet ecclesiam, quae semper sanctorum patrum sincerissimas auctoritates in omnibus suis actibus sequitur, consulere decreverit et eius consultu, quae ecclesiasticis conveniunt negotiis agere curaverit, procul dubio, quae agenda aut abigenda fuerint, inretractabiliter cuncta disponere, ordinare atque diffinire poterit.”⁴ Pariter in epistola ad Photium: „Constat enim sanctam Romanam ecclesiam per beatum Petrum principem apostolorum, qui dominico ore primatum ecclesiae suscipere promeruit, omnium ecclesiarum caput esse et ab ea rectitudinem atque ordinem in cunctis utilitatibus et ecclesiasticis institutionibus, quas secundum canonicas et synodicas sanctorumque patrum sanctiones inviolabiliter atque inrefractabiliter retineret, exquirere ac sectari. Et ideo consequens

Nicolai refert, neverunt, agi hic de citatione ex s. Petri Chrysologi responsione ad Eutychen: „In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut his, quae a beatissimo papa Romanae civitatis scripta sunt, oboedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria sede et vivit et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem.” MPL 54, 743.

¹ MGH, Epist VI p. 599 sq.; Jaffé n. 2812.

² MGH, Epist. VI p. 296; Jaffé n. 2764.

³ MGH, Epist. VI p. 398, Jaffé n. 2785.

⁴ MGH, Epist. VI p. 443; Jaffé n. 2692.

est, ut quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis praepediente occesione proprias tantum secundo voluntates removeantur, sed firmius atque inconcusse teneatur.”¹

Pulchre notionem capitinis interpretatur Nicolaus ad patriarchas, metropolitanos, episcopos et cunctos fideles Asiae et Libya (866 Nov. 13) scribens: „ut cauti sollicitique semper sitis, ne quorumlibet suasionibus vel terroribus hominum aut quibuscumque mendaciis decepti a capite, id est a prima sede, dissentiat vel ab eius ecclesiae caritate ac unitate dividamini, cui ille praefuit, quem vox Christi praetulit universis”.²

21. Cum notione capitinis cohaerent aliquae aliae expressiones, quae conceptum quendam suprematiae in genere velfirmitatem significant.

In epistola ad episcopos synodi Suessionensis scribens (863 ca. Apr. 28) citat Nicolaus verba Innocentii papae I. ad Felicem episcopum Nucerianum, in quibus expressio apex episcopatus ad supremam auctoritatem in ecclesia designandam adhibetur: „ex more secundum constitutionem maiorum, ut eadem ipsa verba ponamus, non solum de omnibus, quae possunt aliquam recipere dubitationem vel quamcumque incurrere quaestionem, verum de certis atque maioribus negotiis exsequendis, ad apicem episcopatus, debere vos referre cognoscitis”.³ Eandem expressionem apex episcopatus cum aliis metaphoris adhibet Nicolaus ad Hincmarum archiepiscopum (eadem die) scribens: „Pastoralis sollicitudinis cura contringimur et loci sublimitate, qua nos superna providentia totius domus sua generalitati praeposuit, provocamur, ut apostolatus nostri apex in ea tamquam lapis positus angularis ad imitationem ipsius fidelibus quidem et humilibus tutissimum et firmissimum refugium, quo cuncti frangantur tumentes hostium fluctus, exhibeat; his autem, qui offendunt verbo nec credunt in quo et positi sunt, sit lapis offensionis et petra scandali”. Statim deinceps citantur eadem verba ex epistola Innocentii I. ad Felicem.⁴

¹ MGH, Epist. VI p. 447 sq.; Jaffé n. 2691.

² MGH, Epist. VI p. 563; Jaffé n. 2821.

³ MGH, Epist. VI p. 356; Jaffé n. 2723. Cf. epist. Innocentii I. ad Felicem, Mansi 3, 1045.

⁴ MGH, Epist. VI p. 365; Jaffé n. 2720.

Conceptum fastigii ad suprematiam apostolicae sedis significantiam adhibet Nicolaus in epistola ad Rothadum archiepiscopum Arelatensem (864 Mai. 2) directa: „Sic enim et sanctae conversationis pedem, quo tendere debeas, pescatius praenoscere poteris . . . , si in apostolicae sedis petra more maiorum praesidium tuum locaveris eiusque fidei, doctrinae vel decretis arctius inhaerere contendetis; quam ille sua sacravit sessione, quem Dominus Jesus Christus ecclesiae suaee voluit primum et speciale retinere fastigium, quin et coelestis atrii delegit summum constituere ianitorem”.¹

22. Terminum primatus in abstracto adhibet Nicolaus in epistola ad Photium (862 Mart. 18) directa: „Cuius (sc. ecclesiae, supra soliditatem fidei Petri stabilitae) primatum, sicut omnibus orthodoxis manifestum est viris, ceu in superioribus praemodicum declaratum est, beatus Petrus, principes apostolorum et ianitor regni coelestis merito promeruit; post quem et huius vicarii sincerissime Deo famulantes carentes nebularum densitatibus, quae recto itineri impedire assolent, dignius percepérunt et in cura regiminis, quam pro dominicis ovibus susceperant, sollicite permanserunt”.²

Eadem expressio in concreto adhibetur in Nicolai epistola ad Michaelim imperatorem (865 Sept. 28) missa: „Ubi clementia vestra evidenter advertit numquam penitus humano consilio elevare se quemquam posse contra illius privilegium vel confessionem, quem Christi vox praetulit universis, quem ecclesia veneranda confessa semper est et habet devota primatem”.³

In eadem epistola Nicolaus successores Petri et Pauli appellat „principes super omnem terram, id est super universam ecclesiam”. Et explicat: „Terra enim ecclesia dicitur, sicut scriptum est: Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis, quem proicit ventus a facie terrae (Ps. 1, 4). Quae sicut sanctus Augustinus exponit,⁴ ecclesia intelligitur. Heredes quippe horum effecti facultatem potestatis, quam a Domino percepérunt, et onus sollicitudinis nihilominus capessere nos oportet.”⁵

¹ MGH, Epist. VI p. 629; Jaffé n. 2757.

² MGH, Epist. VI p. 447; Jaffé n. 2691.

³ MGH, Epist. VI p. 485; Jaffé n. 2796.

⁴ Enarrat. in Ps. 44, 17 (MPL 36, 513).

⁵ MGH, Epist. VI p. 475 sq.; Jaffé n. 2796. Conferantur et duo alii loci: MGH, Epist. VI p. 296, 392; Jaffé n. 2764, 2785.

Terminus principatus supremae auctoritati secundum exemplum Gallae Placidiae applicatur in epistola Nicolai ad Eudociam imperatricem (865 Nov. 13) directa; primo adducuntur verba Gallae Placidiae: „Hac itaque gratia tua mansuetudo tantis turbis resistens veritatem apostolicae sedis, quam etiam nos tamquam praecellentem similiter veneramur, in statu sacerdotii illaeso manente per omnia Flaviano, ad concilii et apostolicae sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille, qui coelestes claves dignas fuit accipere, principatum episcopatus ordinavit . . .”;¹ deinde Nicolaus ipse verba adducta singillatim explicat: „Videte igitur, carissima filia, . . . qualiter in sede Romana illum primum, qui coelestes claves dignus fuit accipere, principatum episcopatus ordinasse recolat; qualiter etiam diligentius providendum esse censeat, ne, quod priscis temporibus custoditum fuerat, imminui videatur et per praesens exemplum similia gerantur in episcopos ac sanctas ecclesias”.²

23. Praecise essentiam primatus definit Nicolaus adhibendo terminos: potestas, iura, auctoritas. Afferantur praecipui textus! In epistola ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28) missa scribit Nicolaus: „quia non Nicaena, non denique ulla synodus quodquam Romanae contulit ecclesiae privilegium, quae in Petro noverat eam totius iura potestatis pleniter meruisse et cunctarum Christi ovium regimen accepisse”.³ Item in alia epistola ad Michaelem (866 Nov. 13) directa: „Iudicate ergo, mansuetissime imperator, cui potius oboediendum sit, Deo an hominibus; iudicate, cui potius resistendum sit, potestati, quam in Petro Deus omnipotens ordinavit quamque super cunctam ecclesiam extulit, an ordinationi Gregorii Syracusani, cui millies vae dicendum est . . .”⁴ Eadem verba repetuntur in epistola (eadem die) ad archiepiscopos, metropolitanos et episcopos Constantinopolitanae ecclesiae subiacentibus directa.⁵

Terminus auctoritas occurrit in epistola ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28): „patet profecto sedis apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum”;⁶ praे-

¹ Mansi 6, 51 sqq.

² MGH, Epist. VI p. 551; Jaffé n. 2818.

³ MGH, Epist. VI p. 475; Jaffé n. 2796.

⁴ MGH, Epist. VI p. 499 sq.; Jaffé n. 2813.

⁵ MGH, Epist. VI p. 527; Jaffé n. 2819.

⁶ MGH, Epist. VI p. 480; Jaffé n. 2796.

terea in epistola ad archiepiscopos, metropolitanos et episcopos Constantinopolitanae ecclesiae subiacentes missa (886 Nov. 13): „insistemus, ut inter exanimes computentur, qui auctoritatem Petri non senserint, immo Dei hanc ordinantis in Petro non intellexerint”.¹

24. Ad primatum describendum Nicolaus papa vestigiis praedecessorum inhaerens alias quoque expressiones usurpat, quibus diversi aspectus potestatis primatialis eiusque exercitii efferuntur. In epistola ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28) directa praeter alios complures adhibetur conceptus universalis ecclesiae cura: „Ipsum enim, cuius nos, licet immeriti, vicem suscepimus, principaliter ac specialiter universalis ecelesiae curam divinitus accepisse etiam nobis tacentibus credimus, quod vestra sapientia iam animadvertis.„² Item in epistola ad eundem 866 Nov. 13 directa: „sicut imperii tui divinitus inspirata sapientia novit, cunctarum Christi ovium cura constringimur, cum vices illius per abundantiam coelestis gratiae gerimus, cui specialiter a Deo dicitur: Pasce oves meas (Joh. 21, 17), et rursus: Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (Luc. 22, 32).³ Eadem fere verba inveniuntur in epistola (eadem die) ad metropolitanos et episcopos Constantinopolitanae ecclesiae subiacentes missa.⁴ Eundem conceptum significat terminus sollicitudo omnium ecclesiarum, toties in epistolis Nicolai occurrens.⁵

Saepius Nicolaus enuntiat, Romanam ecclesiam esse omnium ecclesiarum matrem vel magistrum. Ita in epistola ad omnes fideles (862 Mart. 18) directa: „legatos ad hanc sanctam et omnium ecclesiarum matrem miserunt acclesiam;”⁶ vel ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28): „quod . . . vos a conviciis in nos, immo contra primam et magistrum ecclesiarum omnium exordium feceritis.”⁷

Romanam sedem esse luminare maius in ecclesia, scribit Nicolaus in epistola ad Wenilonem archiepiscopum Senonensem eiusque coepiscopos (858–860): „Contra illos nimirum, qui beatissimi apostolorum principis Petri eiusque successorum luculentissimam doc-

¹ MGH, Epist. VI p. 531; Jaffé n. 2819.

² MGH, Epist. VI p. 478; Jaffé n. 2796. Cf. ibid. p. 300 Jaffé n. 2768.

³ MGH, Epist. VI p. 490; Jaffé n. 2813.

⁴ MGH, Epist. VI p. 513; Jaffé n. 2819.

⁵ MGH, Epist. VI p. 614, 397 sq. 314, 317; Jaffé n. — 2785, 2799, 2826.

⁶ MGH, Epist. VI p. 441; Jaffé n. 2690.

⁷ MGH, Epist. VI p. 455; Jaffé n. 2796. Cf. ibid. p. 467; Jaffé n. 2796.

trinam sedemque spernentes, quem Dei filius in sancta ecclesia sua tamquam luminare maius in coelo constituit, velut quidam scorpiones palantes incedunt in meridie, et cum adhuc dies est, occidit eis sol . . .”¹

Supremam auctoritatem esse locum primi pastoris, scribit Nicolaus in epistola ad Armeniorum principem (863) directa: Nostrum igitur est errantes convertere, utpote qui locum sortiti sumus primi pastoris, ad quem magister et salvator Christus: Et tu, inquit, aliquando conversus confirma fratres tuos.²

Romanam ecclesiam portum salutiferum tunc temporis esse vocatam, in memoriam revocat Nicolaus Hincmaro (863 ca. Apr. 28) scribens: „Portum salutiferum sanctam Romanam ecclesiam appellatis, qui tamen, ne in eo aliqui salventur, quantum potestis, satagere procuratis.”³

25. Saepissime vere supremam in ecclesia auctoritatem designat Nicolaus termino privilegiorum, quorum functionem iterum variis adhibitis imaginibus illustrat. Ita v. g. in epistola ad Karolum Calvum (863 ca. Apr. 27): „Privilegia namque Romanae ecclesiae totius sunt Christi, ut ita dicamus, remedia ecclesiae catholicae; privilegia inquam, Petri arma sunt contra omnes impetus pravitatum et munimenta atque documenta Domini sacerdotum et omnium prorsus, qui in sublimitate consistunt, immo cunctorum, qui ab eisdem potestatibus diversis afficiuntur incommodis.”⁴ Item in epistola ad episcopos synodi Suessionensis missa (863 ca. Apr. 28): „Verum privilegia sedis nostrae usque ad mortem, divina annuente gratia, vestigia patrum nostrorum sequentes defendemus. Sed et vos illa, quatenus illibata, utpote totius ecclesiae Domini remedia custodiantur, toto conamine et omnibus votis operari ac suadere debeatis. Quoniam privilegia sedis apostolicae tegmina sunt, ut ita dicamus, totius ecclesiae catholicae, privilegia inquam, huius ecclesiae munimina sunt circa omnes impetus pravitatum.”⁵

¹ MGH, Epist. VI p. 611; Jaffé n. 2674.

² MGH, Epist. VI p. 452; Jaffé n. 2736.

³ MGH, Epist. VI p. 363; Jaffé n. 2721.

⁴ MGH, Epist. VI p. 371; Jaffé n. 2722.

⁵ MGH, Epist. VI p. 359 sq.; Jaffé n. 2723.

C A P U T IV.

DOCTRINA NICOLAI I. DE ORIGINE PRIVILEGIORUM ROMANAЕ SEDIS.

26. In conceptum Nicolai papae de ecclesia deque suprema ecclesiastica auctoritate in genere inquirentes textus plures iam vidimus, in quibus expressis verbis etiam origo supremae ecclesiasticae auctoritatis seu privilegiorum Romanae sedis describitur. Thesis fundamentalis Nicolai hac in re fortissime ac saepissime enuntiatur: Romanae sedis privilegia sunt divinae institutionis. Quam thesim Nicolaus papa comprobat textibus adductis ex sacra scriptura et ecclesiastica traditione; ex hac thesi varias deducit consequentias.

27. Imprimis bene notari oportet, sanctum Nicolaum papam I. doctrinam suam de privilegiorum Romanae ecclesiae origine ac natura expresse tamquam mysterium fidei divinae proponere. In epistola ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28) directa, in qua data opera hac de re sermo fit, scribit Nicolaus: „Sed rogamus omnipotentem Deum, ut qui suae cognitionis vobis reseravit mysterium, tribuat quoque nosse ad plenum suae dispositionis, qua sancta ecclesia moderatur, arcanum et quae sint vel quanta et qualia privilegia ecclesiae Romanae et ex quo ceperint exordium et quis eius summae auctoritatis auctor exsistat, vobis clementer aperiatur.”¹ Hoc in loco veritates revelatae de Deo, qua fide tantum cognosci possunt, tamquam „suae (sc. Dei) cognitionis mysterium” designatae, aequi-parantur veritatibus de constitutione ecclesiae in genere et praesertim de privilegiis ecclesiae Romanae. Has veritates Nicolaus tamquam „minister Christi et dispensator mysteriorum Dei” ostendit. Si Graecorum imperator hac in re eum audire recusaverit, necessario tamquam ethnicus et publicanus reputabitur: „Quod si a nobis quaeritis scire, utpote a ministris Christi et dispensatoribus mysteriorum eius, vobis evidentius ostendemus . . . Porro, si nos non audieritis, restat, ut sitis apud nos necessario, quales Dominus noster Jesus Christus hos haberi praecepit, qui ecclesiam Dei audire contempserint.”²

28. Statim exinde in epistola superius allegata enuntiatur thesis

¹ MGH, Epist. VI p. 474; Jaffé n. 2796.

² MGH, Epist. VI p. 474; Jaffé n. 2796.

fundamentalis, et quidem in obliquo (in recto enuntiat Nicolaus privilegiorum Romanae sedis immutabilitatem): „praesertim cum ecclesiae Romanae privilegia Christi ore in beato Petro firmata, in ecclesia ipsa disposita, antiquitus observata et a universalibus synodis celebrata atque a cuncta ecclesia iugiter venerata...“¹

Divinam originem privilegiorum Romanae ecclesiae Nicolaus in sequentibus, dum consequentias ex ea deducit, adhuc saepe inculcat: „quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus et, quod Deus statuit, firmum validumque constitit, illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere temptat. Privilegia, inquam, istius sedis vel ecclesiae... divinitus radicata atque plantata sunt“.² Quapropter secundum mentem Nicolai ea, quae contra sedis Romanae privilegia scripta sunt, diriguntur „contra ipsam dispositionem Dei, quae ecclesiae sedisque Romanae privilegia cunctarum ecclesiarum privilegiis sua ineffabili providentia praetulit“ et vergunt „in despectum beati Petri apostolorum principis, immo Dei, cuius ordinationi resistitur“.³

29. Primum Romanae sedi in Petro a Deo esse collatum, comprobat Nicolaus imprimis textibus sacrae scripturae: Mt. 16, 18 sq.; Luc. 22, 32; Joh. 21, 17.

Textum ex s. Mattheo affert Nicolaus in epistola ad Michaelem (860 Sept. 25) directa et eum explicat eo pacto, prout iam vidimus,⁴ ut „super hanc petram“ referat immediate ad fidem Petri et mediate tantum ad Petri personam: „Principatum divinae potestatis... omnium conditor... super solidam fidem apostolorum principis, Petri videlicet soliditatem constituens, eius egregiam, immo primam sedem deliberavit“. Immo Nicolaus in distinctione Petri a petra eousque procedit, ut petram principalius etiam Christum statuat, a quo Petrus primum obtinuit: „Petrus denique a firmitate petrae, quae Christus est, structuram universalis ecclesiae et fidei robore solidatam... pre-cibus suis munire non cessat“.⁵

Simili modo textum s. Matthei adducit et explicat Nicolaus in epi-

¹ Ibidem.

² MGH, Epist. VI p. 474 sq.; Jaffé n. 2796.

³ Ibidem.

⁴ MGH, Epist. VI p. 443; Jaffé n. 2682. Vide supra n. 19.

⁵ Ibidem.

stola ad Photium (862 Mart. 18) missa: Jesus Christus, verus Deus et verus homo, beato Petro ligandi atque solvendi in coelo et in terra una cum clavibus regni coelestis potestatem tribuit. Ita „supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire ecclesiam, secundum illius veridicam vocem dicentis“: Mt. 16, 18 sq. Dein describit Nicolaus, quomodo post hanc promissionem cimento apostolicae institutionis (i. e. praedicationis seu doctrinae) coeperint ecclesiae fundamenta (i. e. fides) ex pretiosis succrescere lapidibus et... annuente divina clementia per studium structorum et apostolicae auctoritatis sollicitudinem usque ad culmen insolubiliter perducta perpetualiter mansura . . . sine sinistrae aurae impulsu consistere. Hanc pulchram progressus dogmatum explicationem concludit Nicolaus: „Cuius (videlicet ecclesiae) primatum, sicut omnibus orthodoxis manifestum est viris . . . beatus Petrus . . . promeruit; post quam et huius vicarii . . . dignius perceperunt et in cura regiminis, quam pro dominicis ovibus susceperant, sollicite permanserunt“.¹

Textus ex s. Luca et s. Johanne allegat Nicolaus in epistola ad archiepiscopos et episcopos per Galliam constitutos (865 ca. Jan. ex.) directa,² deinde in tribus epistolis una eademque die (866 Nov. 13) missis ad Michaelem imperatorem,³ ad metropolitanos et episcopos Constantinopolitanae ecclesiae subiacentes⁴ et tandem ad patriarchas, metropolitanos, episcopos et cunctos fideles per Asiam et Libyam constitutos.⁵ Locum classicum ex. s. Luca affert Nicolaus in epistola ad Petrum episcopum coepiscoposque Aemiliae regionis (861 Nov.) directa⁶ et etiam in epistola ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28) missa. In ultimo loco affertur textus s. Lucae tamquam ratio, cur de Constantinopolitana quoque ecclesia Romanus pontifex curam arripare et Ignatium patriarcham iniuste deiectum adiuvare debeat: „Nam et inter cetera is, per quem nobis praecipue ista sunt privilegia collata: Tu aliquando conversus, audita Domino, confirma fratres tuos“.⁷

30. Divinam originem privilegiorum Romanae sedis Nicolaus, in

¹ MGH, Epist. VI p. 447; Jaffé n. 2691.

² MGH, Epist. VI p. 397; Jaffé n. 2785.

³ MGH, Epist. VI p. 490; Jaffé n. 2813. Vide supra n. 24.

⁴ MGH, Epist. VI p. 513; Jaffé n. 2819.

⁵ MGH, Epist. VI p. 554; Jaffé n. 2821.

⁶ MGH, Epist. VI p. 614; Jaffé n. 397.

⁷ MGH, Epist. VI p. 476; Jaffé n. 2796.

eadem epistola ad Michaelem directa, contra affirmationem defendit Byzantinorum, obicientium, privilegia Romanae ecclesiae a Nicaena synodo collata esse: „Ista igitur privilegia huic sanctae ecclesiae a Christo donata, a synodis non donata, sed iam solummodo celebrata et venerata, per quae non tam honor quam onus nobis incumbit, licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiae Dei per beatum Petrum et in beato Petro simus adepti, nos cogunt nosque compellunt omnium habere sollicitudinem ecclesiarum Dei“.¹ Item paulo ulterius adhuc fortius: „Proinde animadverendum est, quia non Nicaena, non denique ulla synodus quodquam Romanae contulit ecclesiae privilegium, quae in Petro noverat eam totius iura potestatis pleniter meruisse et cunctarum Christi ovium regimen accepisse“.²

Sententiam suam comprobavit Nicolaus in sequentibus allegando verba Bonifacii papae ex epistola ad episcopos per Thessaliam constitutos missa: „Nicaenae synodi non aliud praecepta testantur, adeo ut non aliquid super eam ausa sit constituere, cum videret, nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic noverat Domini sermone concessa“³ et secundo ex decreto ipso Nicaenae synodi: „Denique si instituta Nicaenae synodi diligenter inspiciantur, invenietur profecto, quia Romanae ecclesiae nullum eadem synodus contulit inerementum, sed potius ex eius forma, quod Alexandrinae ecclesiae tribueret particulariter, sumpsit exemplum.“⁴

Eodem modo verbis Bonifacii papae de decretis Nicaenae synodi divinam privilegiorum Romanae sedis originem Nicolaus defendit iam in epistola ad archiepiscopos et episcopos per Galliam constitutos (865 ca. Jan. ex.) missa.⁵

31. Ex divina origine privilegiorum Romanae sedis Nicolaus papa diversas deducit consequentias tum quoad privilegia ipsa in se considerata, tum quoad eorum subiectum, tum quoad eorum subditos.

Quia privilegia Romanae ecclesiae a Deo collata sunt, ea in se nullatenus minui vel augeri aut moveri possunt. Ita scribit Nicolaus

¹ MGH, Epist. VI p. 475; Jaffé n. 2796.

² Ibid. p. 476.

³ Mansi 8, 755; Jaffé n. 364.

⁴ Cf. Conc. Nicaen. can. 6, Mansi 2, 679.

⁵ MGH, Epist. VI p. 398 sq.; Jaffé n. 2785.

iam a. 863 (Oct. in.) ad Hermintrudem reginam, rogantem, ut in causa Rothadi virum suum exaudiāt: Quod autem scripsisti, quia, si exaudiamus filium nostrum, non detrimentum, sed augmentum ecclesiae nostraræ privilegiis generetur: nos certissime credimus, quia privilegia sanctae Romanae ecclesiae nullum possunt sustinere detrimentum nec plantatio, quam coelestis Pater plantavit eradicari nec fundamenta, quae summus posuit architectus, queant quibuslibet et quantislibet fluctuationibus amoveri.¹ Ast tunc temporis haec quaestio nondum tam acriter moveri videtur.

Data opera vero Nicolaus immobilitatem privilegiorum Romanae sedis tuetur contra consequentias falsae Byzantinorum theoriae de origine primatus ecclesiastici, ut aiunt, ecclesiastico-iuridica ob rationes politicas. Consequentiam, ex divina origine privilegia Romanae sedis transferri iam non posse, fortissime inculcat Nicolaus in epistola ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28) directa: „praesertim cum ecclesiae Romanae privilegia Christi ore in beato Petro firmata . . . nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari . . . Privilegia, inquam, istius sedis vel ecclesiae perpetua sunt; divinitus radicata atque plantata sunt; impingi possunt, transferri non possunt; trahi possunt, evelli non possunt. Quae ante imperium vestrum fuerunt et permanent, Deo gratias, hactenus illibata manebuntque post vos et, quoisque christianum nomen praedicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata.“²

Revera tunc temporis apud Byzantinos consequentiam oppositam ex theoria de primatus origine ecclesiastica ob rationes politicas explicite esse deductam et eam esse tamquam fundamentum pro ceteris Byzantinorum contra Romanam ecclesiam criminationibus consideratam, evidenter elucet ex epistola Nicolai (867 Oct. 23) ad Hincmarum ceterosque archiepiscopos et episcopos regni Karoli Calvi directa: „Sed quid mirum, si haec (sc. reprehensa) isti (sc. Graeci) praetendunt, cum etiam gloriantur atque perhibeant, quando de Romana urbe imperatores Constantinopolim sunt translati, tunc et primatum Romanae sedis ad Constantinopolitanam ecclesiam, transmigrasse et cum dignitatibus regiis etiam ecclesiae Romanae privilegia translata fuisse, ita ut eiusdem invasor ecclesiae Photius

¹ MGH, Epist. VI p. 376; Jaffé n. 2793.

² MGH, Epist. VI p. 474 sq.; Jaffé n. 2796.

etiam ipse se in scriptis suis archiepiscopum atque universalem patriarcham appellat. Videte ergo, fratres, si haec ecclesiae Christi non praejudicent; . . . considerate, si debeant illi ecclesiae Romanae huiusmodi derogationes vel detractiones ingerere, cum ipsa ex quo coepit christiana religio dilatari, quae semel in Petro patrono ac institutore suo suscepit, imutilata tenuerit et incorrupta per alia climata mundi docuerit, nec apparuerit quisquam per tot saltem curricula, qui eius traditionibus derogaverit aut obviare praesumperit, licet, ut praetulimus, in ecclesia magni doctores effulserint.¹

Nicolaum papam opportune immobilitatem privilegiorum Romanae sedis contra Byzantinorum impugnationes defendisse, etiam ex aliis quibusdam documentis ostendi potest.²

32. Altera consequentia ex divina privilegiorum Romanae sedis origine deducta Romanos pontifices spectat, quibus per ea „non tam honor, licet ipsum honorem non meritis suis, sed ordinatione gratiae Dei per beatum Petrum et in beato Petro sint adepti, quam onus incumbit“, obligatio nempe „omnium habendi sollicitudinem ecclesiarum Dei“.³

Praecipue in onere sollicitudinis omnium ecclesiarum apostolorum principi Petro „addita est societas beatissimi Pauli apostoli, vasis electionis“.⁴ Quapropter Nicolaus scribere potest, Romanos pontifices, utpote sanctorum Petri et Pauli heredes („heredes quippe horum effecti“) „facultatem potestatis, quam a Domino perceperunt et onus sollicitudinis nihilominus capessere oportere“.⁵

Alia obligatio, quae per divinitus collata privilegia Romanis pontificibus incumbit, est ut privilegiis recte utantur, districtam rationem de eorum dispensatione Deo reddituri. Conscientiam huius obligationis Nicolaus papa in epistolis suis saepe variisque modis enuntiat, praesertim in epistola illa magna ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28) directa: „Non itaque inimicitiae, non humanum odium, non illum, Deo gratias, malignum desiderium nos contra praefatae partis (sc. Gregorii Syracusani) homines impulit, sed ze-

¹ MGH, Epist. VI. p. 605; Jaffé n. 2879.

² Vide supra in dissert. de ss. C. et M.

³ MGH, Epist. VI p. 475; Jaffé n. 2796.

⁴ Cf. Gelasii I. De recipiendis et non recipiendis libris, MPL 59, 159.

⁵ MGH, Epist. VI p. 476; Jaffé n. 2796.

lus domus Dei, zelus paternarum traditionum (cf. 2 Cor. 11, 28), ordo ecclesiasticus, antiqua consuetudo atque sollicitudo, quam circumferimus, cunctarum ecclesiarum Dei necnon et privilegia propriae sedis, quae in beato Petro suscepta divinitus et in ecclesiam Romanam derivata universalis celebrat et veneratur ecclesia, sicut praediximus, nos accendunt et silere ac disides esse nequaquam permittunt . . . Verum si nos vos spernendos esse ducitis, nos tamen non possumus, ea quae Dei sunt, spernere aut neglegere, quominus et saluti vestrae consulamus et de acceptancee talenti crediti nostrum periculum declinemus, dispensatione nobis coelestis seminis iniuncta: *Vae si non sparserimus! Vae si tacuerimus!* Quod cum electionis vas formidet et clamet, quanto magis cuilibet exiguo metendum est".¹ Similiter Nicolaus papa conscientiam de rationis reddenda obligatione exprimit in epistola ad Photium (862 Mart. 18) directa: „pro quibus (sc. dominicis ovibus) tantum consistimus pavidi, quantum consideramus in aeterno examine pro omnibus et praे omnibus, qui Christi censentur nomine, rationem reddituri”.² Praeterea Romani pontifices privilegia divinitus sibi commissa contra omnes impetus defendere debent. In hoc Nicolaus proponit sibi exemplum Redemptoris, qui etiam flagello de resticulis facto omnes male operantes e templo eiecit, quia scriptum est. „Zelus domus tuae comedit me” (Ps. 68, 10).³ Ob eandem rationem Nicolaus privilegia Romanae sedis usque ad mortem defendere paratus est, prout scribit v. g. in epistola ad episcopos synodi Suessionensis (863 ca. Apr. 28) directa: „Verum privilegia sedis nostrae usque ad mortem, divina annuente gratia, vestigia patrum nostrorum sequentes, defendemus”.⁴

33. Gravissima tandem consequentia ex divina privilegiorum Romanae sedis origine secundum Nicolaum ea est, ut Romani pontifices speciali quodam modo Dei auctoritate agere censendi sint et proinde oboedientia a subditis ipsis praestita non hominibus, sed Deo exhibeatur, sicut in oboedientia erga eos iniuria Deo irrogetur.

¹ MGH, Epist. VI p. 484, 485; Jaffé n. 2796. Cf. Gelasii I. epist: ad Anastasium imp. (Mansi 8, 31; Jaffé n. 632).

² MGH, Epist. VI p. 447; Jaffé n. 2691.

³ MGH, Epist. VI p. 484; Jaffé n. 2796.

⁴ MGH, Epist. VI p. 359 sq.; Jaffé n. 2723. Cf. ibid. p. 271; Jaffé n. 2722.

Auctoritatem Romanorum pontificum esse auctoritatem Petri, imo Dei hanc ordinantis in Petro, enuntiat Nicolaus tum in epistola ad Michaelem imperatorem, tum in epistola ad archiepiscopos metropolitanos et episcopos Constantinopolitanae ecclesiae subiacentes (866 Nov. 13) missa: „Alioquin, ut iam praefati sumus, sic Deo favente de cetero vigilabimus et studiis quibus possumus insistemus, ut inter exanimes computentur, qui auctoritatem Petri non senserint, immo Dei hanc ordinantis in Petro non intellexerint".¹

Quapropter mirum apparere non debet, si Nicolaus tanto cum ardore ac vi obligationem oboedientiae erga Romanam sedem, vestigiis inhaerens Gelasii I., inculcat, prout id fit in epistola tam saepe laudata ad Michaelem imperatorem missa: „Proinde sicut non leve discrimen incumbit pontificibus siluisse pro divinitatis cultu et ecclesiae correctione, quod congruit, ita his, quod absit, non mediocre periculum est, qui cum debeant parere, despiciant. Et si cunctis generaliter sacerdotibus divina tractantibus fidelium convenit corda submitti, quanto potius sedis illius pontifici consensus est adhibendus, quem cunctae ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit? Ubi clementia vestra evidenter advertit, numquam quovis penitus humano consilio elevare se quemquam posse contra illius privilegium vel confessionem, quem Christi vox praetulit universis, quem ecclesia veneranda confessa semper est et habet devota primatem".²

Inobedientiam erga Romanam sedem tamquam rebellionem contra Deum designat Nicolaus praeterquam in loco iam supra adducto epistolae ad Michaelem imperatorem directae³ etiam in epistola ad archiepiscopos et episcopos regni Ludovici Germanici de causa Theutgaudi et Guntharii (867 Oct. 31) missa: „Ceterum quis eorum (sc. Theutgaudi et Guntharii) omnia, quae sive ante sive post damnationem perperam commiserunt, enarrare sufficiat? qualiter ordinationi Dei in beato Petro ecclesiae Romanae collatae restiterint et contra privilegia sedis eius capitula obtrectationum conscripserint et per totum pene Occidentale clima disseminaverint."⁴

¹ MGH, Epist. VI p. 531; Jaffé n. 2819. Cf. ibid. p. 509; Jaffé n. 2813.

² MGH, Epist. VI p. 485; Jaffé n. 2796.

³ MGH, Epist. VI p. 474 sq.; Jaffé n. 2796. Vide supra p. 130.

⁴ MGH, Epist. VI p. 345 sq.; Jaffé n. 2889. Cf. MGH, Script. I p. 377. 463 sq.

Ex obligatione oboedientiae erga Romanum pontificem oritur ulterior obligatio recipiendi quoque Romani pontificis consentaneos, prout scribit Nicolaus (863) ad Armeniorum principem: „Haec autem ideo tibi scripsimus, ut noscas observare, et quibus te oporteat participari et a quibus oporteat recedere. Qui enim consentaneos nostros recipit, nos recipit, et per nos principem apostolorum et per eum Christum. Nostrum igitur est errantes convertere, utpote qui locum sortiti sumus primi pastoris . . .”¹

34. Ad originem divinam primatus Petri et consequenter Romanae sedis secundum mentem Nicolai melius perspiciendam, eam cum origine potestatis apostolatus et episcopatus conferre iuvat.

Affirmat certe Nicolaus, potestatem apostolatus et episcopatus a Deo esse institutam atque ab eo proinde originem ducere. Ex altera vero parte Nicolaus saepe inculcat, apostolatum et episcopatum a Petro vel ab apostolica sede initium sumere. Qaeritur nunc, quomodo istae affirmations inter se concordent.

Iam supra vidimus, quomodo Nicolaus potestatem episcopalem a Deo esse institutam exponat.² Item apostolis a Deo esse collatam potestatem iurisdictionis elucet ex epistola Nicolai ad Photium (860 Sept. 25) directa: „Principatum divinae potestatis, quem omnium conditor electis suis apostolis largitus est.”³

Nihilominus Nicolaus praedecessorem suum Innocentium I. secutus saepius enuntiat, apostolatum et episcopatum a Petro initium sumere. Ita in cap. LXXIII Nicolaus respondet ad consultum Bulgarorum quaerentium, a quo patriarcha sit ordinandus: „Vos tamen, sive patriarcham sive archiepiscopum sive episcopum vobis ordinari postuletis, a nemine nunc velle congruentius quam a pontifice sedis beati Petri, a quo et episcopatus et apostolatus sumpsit initium, hunc ordinari valetis.”⁴ Eadem ratione scribit Nicolaus ad Rodulphum Bituricensem archiepiscopum eiusque suffraganeos (864 med. ann.): „Oportet ergo fraternitatem vestram summopere praecavere . . . , ne forte . . . auctorem pravitatis sequentes amittatis

¹ MGH, Epist. VI p. 452; Jaffé n. 2736.

² MGH, Epist. VI p. 356. 296. 392; Jaffé n. 2723. 2764. 2785. Vide supra p. 85 et seq.

³ MGH, Epist. VI p. 433; Jaffé n. 2682.

⁴ MGH, Epist. VI p. 593; Jaffé n. 2812. Cf. epist. Innocentii I. ad Victricium Rotomagensem (Mansi 3, 1033; Jaffé n. 286).

communionem ipsius, a quo et episcopatus et apostolatus sumpsit initium, per quem etiam vos per gratiam Dei non solum episcopi, verum et christiani estis effecti.”³

Episcopatum ab apostolica sede initium sumpsisse Nicolaus explicite enuntiat in epistola ad Adonem Viennensem de excommunicatione et depositione Theutgaudi et Guntharii (863 ca Oct. 30) directa, in qua loco Petri ponitur apostolica sedes: Quodsi (sc. ceteri episcopi) cum apostolica sede, unde eos principium episcopatus sumpsisse manifestum est, sapere de cetero . . . se professi exstinent, neverint sibi a nobis veniam non negandam . . .⁴

(Continuabitur.)

DE CONCEPTU GRATIAE IN BHAGAVADGÍTÁ ET IN NOVO TESTAMENTO

(*bhakti, prasáda — ἀγάπη, χάρις*).

Dr. Vincenc Pořízka.

Quam inanes conatus fuerunt tum diletantismi, de identitate doctrinae in Bhagavadgítá et in Novo Testamento propositae somniantis, tum virorum doctorum casus „parallelismi“ acervatim enumerantium, sobrietas optime ostendit, quacum in recentiori indologia de quaestione disputatur. Cum Lorinser¹ identitatem doctrinae utrimque fere in uno quoque passu detegi opinatus sit et adhuc Hopkins² frequentissimos casus „parallelismi“ collegerit, Deussen³ nonnisi in tribus locis propinquitatem doctrinae in mentem revocat et Garbe⁴

³ MGH, Epist. VI p. 296; Jaffé n. 2764. Cf. ibid. p. 384 sq. 399 A; Jaffé n. 2783. 2785.

⁴ MGH, Epist. VI p. 285; Jaffé. n. 2750.

¹ Lorinser F., Die Bhagavad-gítá übersetzt u. erläutert. Breslau 1869. Plurimi ex criticis sententiam eius reiecerunt: Weber, E. Windisch, John Muir, Max Müller, Barth, C. P. Tiele, Winternitz, Telang, John M. Robertson; Cfr. Garbe R., Bhagavadgítá, 2. Aufl. Leipzig 1921, pg. 66—67. — Garbe R., Indien und das Christentum. Tübingen 1914, pg. 245-246.

² Hopkins E. W., India Old and New. N. York-London 1902, pg. 148—159.

³ Deussen P., Der Gesang d. Heiligen. Leipzig 1911, pag. xiv, 29, 66, 67.

⁴ Garbe R., Indien u. d. Christentum. Tübingen 1914, pag. 244.

de solis duabus ideis loquitur, quae Bhagavadgítam Novo Testamento propinquam faciunt, de ideis nempe bhakti et prasáda.

Bhakti — emotionalis expressio devotionis erga Deum personalem,⁵ Bhagavadgítæ centrum est et poemati characterem mysticum tribuit. Sensus etymologicus bhakti⁶ est separatio, partitio, sortitio, portio, sors, electio et amor obiecti electi, praedilectio, devotio, reverentia, adoratio, servitudo etc. Sensus realem vocis, prout in Bhagavadgítá obvenit, *Bhandarkar*⁷ simpliciter tradit: „amor Dei“; *Garbe*⁸ fusius dicit: fide et fiducia plena Dei dilectio; *Lamotte*⁹ adhuc pressius definit: amare et servire Deo per devotionem exclusivam atque incessantem. In linguis modernas bhakti saepissime vertitur „devotio“: dévotion,¹⁰ attachement,¹¹ devotion,¹² loving devotion,¹³ Hingabe an Gott,¹⁴ toewijding¹⁵; interpres saepe etiam vocem „dilectio“ adhibent: Liebe,¹⁶ miłość¹⁷; interdum translatio „reverentia“ (Verehrung¹⁸) occurrit.

⁵ Senart E., *La Bhagavadgítá*. Paris 1922, pag. 32.

Otto Rud., *Die Urgestalt der Bhg.*, Tübingen 1934, pg. 30.

⁶ Radix bhaj – dividere, sortiri, partiri, impertiri, particeps fieri, accipere, eligere tamquam obiectum praedilectionis, adorare etc.

Apte V. S., *Sanskrit—English Dictionary*. Bombay 1922 pag. 397, 398.

⁷ Bhandarkar R. G., *Vaiśnavism, Śaivism etc.* (Bühler's Grundriss, iii, 6). Strassburg 1913, pag. 28.

⁸ Garbe R., *Bhagavadgítá*. 2. Auflage Leipzig 1921, pag. 63. Similiter Otto Rud. *Die Urgestalt der Bhg.*, Tübingen 1934, pag. 30.

⁹ Lamotte E., *Notes sur la Bhg.* Paris 1929, pag. 120.

¹⁰ Senart E., *La Bhagavadgítá*. Paris 1922, pg. 98, 107, 125, 167, 169 etc.

Lamotte E., *Notes sur la Bhg.*, Paris 1929, pg. 20, 101, 120 etc.

¹¹ Senart E., *La Bhagavadgítá*. Paris 1922, pg. 100.

¹² Barnett L. D., *Bhagavadgítá*. London 1936, pg. 123, 125, 128, 129, 130, 143, 148.

Hill W. D., *Bhagavadgítá*. London 1928, pg. 176, 179, 184, 187, 188, 215, etc.

¹³ Barnett L. D., *Hindu Gods and Heroes*. London 1922, pg. 80.

¹⁴ Schomerus H. W., *Indische Erlösungslehren*. Leipzig 1919, pg. 68.

¹⁵ Boissevain J. W., *Bhagawad—Gítá uit het sanskrit vertaald*. Amsterdam 1919 pg. 16, 67, 68, 71, 73, 86, 91, 113, 115 etc.

¹⁶ Garbe R., *Bhagavadgítá*. 2. Aufl. Leipzig 1921, pg. 118, 122, 124, 141, 164, 165.

Oldenberg H., *Die Lehre d. Upanishaden u. d. Anfänge des Buddhismus*. 2. Aufl. Göttingen 1923, pg. 91, 242.

Otto Rudolf, *Der Sang der Hehr-Erhabenen*. Stuttgart 1935, pg. 62, 64, 104 etc.

¹⁷ Michałski St. F., *Bhagawad-Gítá*. 3. wyd. Warszawa 1927, pg. 68, 70, 75, 78 etc.

¹⁸ Deussen P., *Der Gesang des Heiligen*. Leipzig 1911, pg. 57, 59, 64, 66, 85, 91, 122, 124 etc. Garbe R., *Bhagavadgítá*. 2. Aufl. Leipzig 1921, pg. 120, 137.

Extra Bhagavadgítam vox bhakti in sensu „devotio erga Deum“ nonnisi in *Svetásvatara* Up. vi, 23¹⁹ obviam fit: „Qui summam devotionem erga deum alit, vel cum erga deum tum erga magistrum, illi magno spiritui relucescunt doctrinae hic propositae, sane, illi magno spiritui relucescunt.“ *Hopkins*²⁰ vocem bhakti in hoc contextu in sensu „devotio erga deitatem timendam“ concipit; econtra *Bhandarkar*,²¹ *Hill*,²² *Garbe*,²³ *Oldenberg*²⁴ terminum bhakti in *Śvet.* Up. vi, 23 eodem modo ac in Bhagavadgítá interpretantur: „amor, devotio erga Deum“. *Deussen*²⁵ vocem bhakti in *Śvet.* Up. vi, 23 vertit „fides“ (wer zuhöchst an Gott gläubig), dum in Bhagavadgítá passim interpretatione „reverentia“ (Verehrung) utitur.

Ex sententia *Garbe*²⁶ etiam Pánini testis est vocem bhakti, quae communiter in sensu „amor, devotio, adhaesio“ adhibebatur (Pánini iv, 3, 95, 96), in sphærām religionis introductam esse. Pánini iv, 3, 98 termino hoc in relatione ad Vásudevam utitur, quod Garbe argumentum habet termino nostro sensum „dilectio dei“ suppositum esse. Modus, quo Patañjali hunc locum Pánini interpretatur (Mahábhášya: athavá nai 'śá kṣatriyákhyá samjñai 'śá tatra-bhagavataḥ), ex opinione Garbe²⁷ testimonium praebet terminum bhakti saeculo II. ante Christum natum immo iam antehac in sensu „dilectio dei“ Indis prorsus familiarem fuisse. Quam sententiam Garbe²⁸ in Bhagavad-

¹⁹ *Śvet.* Up. vi, 23:

yasya deve pará bhaktir yathá deve tathá gurau,
tasyaite kathitá hy artháḥ prakásante mahátmanah prakásante
mahátmana iti.

²⁰ Hopkins E. W., India Old and New. N. York-London 1902, pg. 148.

²¹ Bhandarkar R. G., Vaiśnavism, Śaivism etc. Strassburg 1913, pg. 29.

²² Hill W. D. P., Bhagavadgítá. London 1928, pg. 50 (devotion).

²³ Garbe R., Bhagavadgítá. 2. Aufl. Leipzig 1921, pg. 40.

Garbe R., Indien u. d. Christentum. Tübingen 1914, pg. 252.

²⁴ Oldenberg H., Die Lehre der Upanishaden u. d. Anfänge des Buddhismus, 2. Aufl. Göttingen 1923, pg. 242.

²⁵ Deussen P., Sechzig Upanishads, 3. Aufl. Leipzig 1921 pg. 310.

Deussen P., Der Gesang d. Heiligen. Leipzig 1911, pg. 57, 59, 64, 66, 85, 91 etc.

²⁶ Garbe R., Bhagavadgítá. 2. Aufl. Leipzig 1921, pg. 44—45.

Garbe R., Indien u. d. Christentum. Tübingen 1914, pg. 251.

Bhandarkar R. G., Vaiśnavism, Śaivism etc. (Bühler's Grundriss, iii, 6), Strassburg 1913, pg. 29.

²⁷ Garbe R., Bhagavadgítá. 2. Aufl. Leipzig 1921, pg. 34–35, 45.

²⁸ Garbe R., Indien und das Christentum. Tübingen 1914, pg. 252.

gítá confirmatam invenit, cum opus hoc de bhakti tamquam de re notissima loquatur: tali modo ideae novae non traduntur. Doctrina bhakti inter Kršnae devotos saecula ante ortum originalis Bhagavadgítæ certe diffusa erat.

Quoad rem sane bhakti tamquam amor Dei ab antiquissimis temporibus in India existebat, etsi aliis formis externis vestita. *Bhandarkar*²⁹ ostendit vocem bhakti eandem ideam complecti ac in libris *upaniśadas* per voces priya, preyas³⁰ exprimitur; etiam meditatio — upásaná — de qua *upaniśadas* loquuntur, eundem fervorem in cordibus fidelium certe excitabat, quem Bhagavadgítá per bhakti promovebat.³¹ Notari etiam potest a *Deussen*³² tum in Bhagavadgítá vocem *bhakti* tum in Chándogya et Brhad-Áranyaka Up. verbum *upás-* eodem modo verti: Verehrung, verehren; ab *Oldenberg*³³ etiam nomen *upaniśad* per „Verehrung“ transfertur.

Fervens sentimentum devotionis erga Deum etiam ex hymnis *Rgvedae* refulget, ubi ardor pii auctoris interdum sententiis monotheismo propinquissimis effertur. Si poeta exclamat: „Dyaus est pater meus“ (*RV* i, 164, 35),³⁴ si Aditim vocat matrem suam, patrem et filium (*RV* i, 89, 10³⁵), certe cor eius simili devotione erga Deum aestuabat ac illius, in cuius anima Bhagavadgítá per motiva suaे bhakti amorem Dei inflammabat.

²⁹ Bhandarkar R. G., Vaiśnavism, Śaivism etc. Strassburg 1913, pg. 29.

³⁰ Cfr.: Brhad-Áranyaka Up. i, 4, 8: tad etat preyah putrát preyo vittát preyo 'nyasmát sarvasmát antarataram yad ayam átmá... átmánam eva priyam upásita. Sa ya átmánam eva priyam upáste na ha asya priyam pramáyukam bhavati.

Hoc filio carius, fortuna carius, omni alia re carius, interius, hoc, quod est hic átman... (Suum) átmanem revereatur (homo). Qui átmanem tamquam dilectum reveretur, illi homini dilectionis suaे obiectum nunquam disparet.

³¹ Bhandarkar R. G., Vaiśnavism, Śaivism etc. (Bühler's Grundriss, iii. 6). Strassburg 1913, pg. 28.

³² Deussen P., Der Gesang d. Heiligen. Leipzig 1911, pg. 57, 59, 64, 66, 85, 91, 121, 124 etc. Etiam vocem ‚upásaná‘ (*Bhg.* xiii, 7) vertit per Verehrung (pg. 91)

Deussen P., Sechzig Upanishads, 3. Aufl. Leipzig 1921, pg. 68, 148 – 151, 395, 397, 457 etc.

³³ Oldenberg H., Die Lehre der Up. u. d. Anfänge des Buddhismus. 2. Aufl. Göttingen 1923, pg. 134–138, 301 nota 101. — etábhír upaniśadbhih (Brh. Ár. Up. iv, 2, 1) Oldenberg vertit: mit diesen Verehrungen (upanishad). Op. cit. pg. 137,

³⁴ Rk i, 164, 33: dyaur me pitá janitá

³⁵ Rk i, 89, 10: Aditir mátá sapitá saputraḥ

Iure ideo *Bhandarkar*,³⁶ *Garbe*,³⁷ *Senart*³⁸ vetustissima vestigia pietatis religiosae, cuius expressio in Bhagavadgítá bhakti est, usque in tempora hymnorum *Rgvedae* prosequuntur. Et cum, prout *Barth*³⁹ affirmat, etiam Osiris, Adonis, Cybele obiectum fervidissimae devotionis fuerint, haec omnia testimonium praebent sentimentum religiosum esse toti generi humano commune.

Notio cum bhakti correlativa est prasáda: qui erga Deum per bhakti devotionem exercet, illi Deus favorem suum per prasáda praebet. Etymologice vox prasáda⁴⁰ sedationem significat, ideoque excitationis suppressionem et exinde mentis tranquillitatem, claram et favorabilem dispositionem, dein favorem in genere et in specie donum ex favore tributum, nempe gratiam.⁴¹ Prasáda in primigenio sensu „sedatio“ in Maitri Up. vi, 20, 34 et in Bhagavadgítá ii. 64, 65; xvii, 16; xviii, 37 adhibetur. Sensus „claritas“ voci prasáda tribuunt Śvetáśvatara Up. ii, 13 (varnaprasáda claritas coloris, aspectus), Mundaka Up. iii, 8 (jñánaprasádah tranquilla, ideo clara cognitio), Íśvara Gítá⁴² xi, 2 (prasannam játate jñánam clara cognitio gignitur). Connexio inter sensus tranquillitas-claritas, dicit Masson-Oursel,⁴³ in eo consistit, quod commotae mentis sedatio claram cognitionem possibilem reddit: hac de causa Yoga-sútráni ad absolutum intuendum citta-vrtti-nirodha requirunt, hac etiam de causa notissima illa in systemate sámkhya adhibita comparatio dicit naturam (prakrti) sicuti superficiem tranquilli aequoris in quiete esse debere, ut puruša in ea tamquam in speculo resplendescere possit.

In Bhagavadgítá verbum prasad- in sensu tranquillari, quietus

³⁶ Bhandarkar R. G., Vaiśnavism, Śaivism etc. Strassburg 1913, pg. 28.

³⁷ Garbe R., Indien und das Christentum. Tübingen 1914, pg. 250.

³⁸ Senart E., La Bhagavadgítá. Paris 1922, pg. 35.

³⁹ Barth A., The Religions of India. Translated by J. Wood. 6th ed. London 1932, pg. 221.

⁴⁰ Radix sad – sedere, assidere, accumbere. Verbum prasad – singnificat esse in quiete, esse tranquillus et contentus, favere etc.

Apte V. S., Sanskrit-English Dictionary. Bombay 1922, pg. 580–581.

⁴¹ Apte V. S., Sanskrit-English Dictionary. Bombay 1922, pg. 371.

Hopkins E. W., India Old and New. N. York-London 1902, pg. 147.

⁴² Íśvara-gítá. Texte sanscrit et trad. par P. E. Dumont. Baltimore – Paris 1933 pg. 134.

⁴³ Masson Oursel P., Die Gnadenlehre im religiösen Denken Indiens. Eranos-Jahrbuch 1936. Zürich 1937, pg. 130.

esse occurrit (ii, 65, xviii, 54) et nomen prasáda pacem, tranquillitatem, claritatem mentis exprimit (ii, 64, 65; xvii, 16; xviii, 37⁴⁴). In capite vero xviii vox prasáda sensum acquirit „gratia“ (xviii, 56, 58, 62, 73, 75) et in cap. xi etiam verbum prasad- similem characterem pae se fert: favorem, gratiam praebere.⁴⁵

Illi homini, qui in deo Bhagavat refugium quaerit, gratia promittitur aeternae sedis assequendae (xviii, 56⁴⁶); qui in deum Bhagavat mentem convertit, cum gratia eius omnia pericula superabit (xviii, 58⁴⁷). Dominus in corde omnium rerum residet: „Ad hoc refugium cum tota essentia tua confuge“, Kršna Arjunam exhortatur, „cum gratia eius quietem summam et sedem aeternam assequeris“ (xviii 62⁴⁸). Dialogo finito Arjuna Kršnae gratias agit se recepisse gratiam erroris superandi (xviii, 73⁴⁹) et Samjaya in fine Bhagavadgítæ gratiae Vyasaë ascribit se audisse secretum sublimissimum (xviii, 75⁵⁰).

Etiam alibi in Bhagavadgítá Kršna munere dei gratiam largientis fungitur: amicus totius creaturae appellatur (v, 29), ab Arjuna pater vocatur totius mundi tum moventis tum immobilis (xi, 43); illum, qui „cognitionem“ possidet (jñáni), Kršna suum dilectum nominat (vii, 13) et in cap. xii qualitates eorum enumerat, qui mundo vale dixerunt et deo Bhagavat dediti sunt: illi sunt dilecti dei Bhagavat, sa me priyah in fine versuum tamquam echo amoris dei Bhagavat resonat.

⁴⁴ Vide versiones: Garbe R., Bhagavadgítá. 2. Aufl. Leipzig 1921, pg. 91, 156, 162, 164.

Deussen P., Der Gesang der Heiligen. Leipzig 1911, pg. 19, 111, 120, 122.

Barnett L. D., Bhagavadgítá. London 1936, pg. 95, 163, 170, 172.

Senart E., La Bhagavadgítá. Paris 1922, pg. 58, 156, 165, 167.

⁴⁵ Garbe R. Bhg. 2. Aufl. Leipzig 1921, pg. 133, 135s, 164s, 166 (Gnade).

Deussen P., Der Gesang der Heiligen, 1911, pg. 79, 80, 83, 122, 123, 125 (Gnade).

Barnett L. D., Bhg. London 1936, pg. 139, 142, 172, 173, 174 (Grace).

Senart E., Bhg. Paris 1922, pg. 120, 121, 123, 168, 170 (faveur).

⁴⁶ Bhg xviii, 56:

sarvakarmány api sadá kurváno madvyapáśrayah
matprasádád avápnotti śáśvatam padam avyayam.

⁴⁷ Bhg xviii, 58: maccittah sarvadurgáni matprasádát taríṣyasi.

⁴⁸ Bhg xviii 62:

tam eva śaranam gaccha sarvabhávena Bhárata
tatprasádát parám sántim sthánam prápsyasi śáśvatam.

⁴⁹ Bhg xviii, 73a: naśto mohah smrtir labdhá tvatprasádán mayácyuta.

⁵⁰ Bhg xviii, 75a: Vyásaprasádác chrutaván etad guhyam aham param.

Hos electos Bhagavat e lege karmica eximit et ex catenis iteratarum existentiarum liberat (xii, 7). Etiam Arjuna est praedilectus dei Bhagavat: hac de causa ei sublimissimum verbum nuntiatur de mediis salutis (xviii, 64-65) et liberatio ab omnibus peccatis promittitur (xviii, 66). Nemo denique deo Bhagavat tam carus est quam ille, qui nuntius fit salutaris verbi eius (xviii, 69).

Extra Bhagavadgítam terminus prasáda in sensu „gratia“ in *Káthaka Up.* i, 2, 20 et *Śvetáśvatara Up.* iii, 20 occurrit, ubi cognitio Domini (Ísa; Śvet. Up. iii, 20) et átmanis (*Kath. Up.* i, 2, 20) tamquam fructus gratiae divinae consideratur.⁵¹ Sub fine Śvet. Up. (vi 21⁵²) auctor operis confitetur se per virtutem asceseos et per gratiam divinam cognitionem brahmanis obtinuisse.

Doctrina de gratia, qua átman eligit, quemcumque vult, etiam in *Kath. Up.* ii, 23 (qui est simul *Mund. Up.* iii, 2, 3⁵³) profertur, terminus vero prasáda ibi non invenitur.

*Bhandarkar*⁵⁴ vestigia doctrinae de gratia divina etiam in *Kauśitaki Up.* iii, 8⁵⁵ conspicit, ubi affirmatur per átmanem duci homines

⁵¹ *Kath. Up.* i, 2, 20b qui est simul *Śvet. Up.* iii, 20b:

tam akratum paśyatí vítaśoko dhátu-prasádán mahimánam ísam
(*Kath.*: átmanah).

Ille, qui solutus est a moerore, conspicit eum, desiderii nescium, per gratiam divinam, tamquam Dominum, tamquam Magnitudinem.

Manuscripta in praebendo textu differunt: vel dhátu-prasádát vel dhátuh prasádát. Deussen duplicem sententiam distinguit: theologicam (akratum, dhátuh prasádát, ísam; Taitt. Ár. 10, 10, 1 et Śvet. iii, 20) et philosophicam (akratuh, dhátu-prasádát, átmanas; Káth. Up. ii, 20). Vide Deussen P., Sechzig Upanishads 3 Aufl. Leipzig 1921, pg. 274.

⁵² *Śvet. Up.* vi, 21: tapah prabhávád devaprasádác ca brahma ha *Śvetáśvataro* 'tha vidván.

⁵³ *Kath. Up.* ii. 23, qui est simul *Mund. Up.* iii, 2, 3:

náyam átmá pravacanena labhyo na medhayá na bahuná śrutena; yam
evaíśa vrnute tena labhyas tasyaiśa átmá vivrnute tanúm svám.

Neque per eruditionem, neque per intelligentiam, neque per (scripturarum) scientiam obtineri potest hicce átman; ab illo, quem ipse eligit, obtineri potest; tali (homini) átman suum aspectum manifestat.

⁵⁴ *Bhandarkar R. G., Vaiśnavism. Śaivism etc.* Strassburg 1913, pg. 29.

⁵⁵ *Kauśitaki- bráhmaṇa Up.* iii, 8 : eśa hy evainam sádhu karma kárayati tam yam anvánuneśaty evainam asádhu karma kárayati tam yam ebhyo lokebhyo nunutsate.

Hic est, qui bonum opus ab isto perfici sinit, quem elevare vult, hic etiam est, qui malum opus ab illo perfici sinit, quem ex hisce mundis deorsum ducere vult.

ad recte vel male agendum, et in Brhad-Áranyaka Up. iii, 7,⁵⁶ ubi sermo fit de inspectione, quam átman in cordibus creaturarum exercet: inde Bhandarkar deducit dependentiam agnitam esse animae individualis a spiritu supremo, qui gratia sua ad salutem eos dicit, quos ipse elegerat.

Distantissimas quasque mentiones favoris divini erga homines premens Bhandarkar⁵⁷ in quaerendis vestigiis doctrinae de gratia in antiquissima tempora procedere potest: notio correlativa amoris, quocum poeta *Rgvedae* de Deo tamquam Patre loquitur (*RV* i, 164, 33; i, 89, 10) non fuit nisi amor Dei erga hominem, amor, qui per favorem et gratiam manifestus fit. Etiam intima relatio inter Supremum et animam humanam, affectioni comparata, quacum duae aves ad invicem adhaerent (*RV* i, 164, 20; *Mund. Up.* vii, 1, 1) fundamentum habet in eodem sentimento, quod per bhakti exprimitur, et in eodem favore divino, qui per prasáda comprobatur.

*Hopkins*⁵⁸ alium adhuc locum e *Rgveda*⁵⁹ depromit, ubi divinizata Oratio (vác⁶⁰) proclamat: Quem diligo, potentem, bráhmanem, r̄śim, sapientem efficio“, Generalis idea gratiae divinae, connotat Hop-

⁵⁶ Brhad-Áranyaka Up. 7, 15: *yah sarvešu tiśhan sarvebhyo bhútebhyo 'ntarah yam sarváni bhútáni na viduh yasya sarváni bhútáni śaríram yah sarváni bhútány antaro yamayati sa ta átmá antaryámy amrtah.*

Qui in omnibus creaturis habitat, ab omnibus creaturis vero diversus remanet, quem omnes creature ignorant, cuius corpus sunt omnes creature, qui omnes creature intus regit, hic est tuus átmán, internus dux, immortalis.

⁵⁷ Bhandarkar R. G., Vaiśnavism, Śaivism etc. (Bühler's Grundriss, iii, 6). Strasburg 1913, pg. 28.

⁵⁸ Hopkins E. W., India Old and New. N. York-London 1902, pg. 147 nota 1.

⁵⁹ *RV*, X, 125, 5: *yam kámaye tam tam ugram krnomi tam brahmánam tam r̄śim tam sumedhám.*

⁶⁰ De connexione cum doctrina de Logo nullus sermo esse potest. Cfr. Hopkins India Old and New, pg. 147 nota 1: „the part played by speech („Word“ as it is often freely rendered) in Indian theosophy has been greatly exaggerated throughout. Váca, Speech, at no time represents Logos. She is simply a deified abstraction, like Sarasvati, Eloquence. In the Vedic hymn just alluded to, moreover, Váca is nothing more than the personified power of the priest's utterance; and when the priest sings, „I, Speech, make powerful whom I love, he expresses simply the oft-repeated idea that the prayer of the priest, his eloquence with the gods, makes the gods well-disposed to the priest's employer (the king), and the moral is the usual one that the king must treat well a priest whose speech is so productive of good (or bad, according as the priest will).“

kins,⁶¹ tam vetus est, quam fides deorum, qui favorem homini praestare possunt.

Sane sola generalis idea gratiae divinae, sicuti etiam generalis idea amoris Dei. Termini technici bhakti et prasáda tum demum formantur, cum notiones istae quoad id, quod complectuntur, stricte determinantur. Kršnismus notionem bhakti desumptam ex buddhismo, ubi devotam dilectionem Magistro praestitam designabat, relationi ad proprium deum Kršnam applicuit.⁶² Notio vero prasáda, quae initio tranquillitatem, faventem dispositionem non Dei erga homines, sed ipsius mentis humanae significabat, in Bhagavadgítá et in upaniśadibus posterioris aetatis characterem termini technici „gratia divina“ assumit.⁶³

Bhakti et prasáda ex Indiae solo originem ducunt. Si antiqui et antiquissimi textus Indorum parum spatii religioso sentimento relinquent, nulla re exinde sequitur sentimentum hoc in cordibus populi antiquitus nihil vel non multum valuisse. Modesta vestigia illius, quod textus posteriores in notiones bhakti et prasáda induerunt, solummodo testimonium praebent, quam pedetentim et quam invito animo religio officialis sensui populari terram cedebat, sensui dico, qui contra siccum formalismum brahmanisticum et contra frigidas speculationes upaniśadum in religionem plus ferventis devotionis, filialis ad Deum amoris introducere cupiebat. Voces bhakti et prasáda nihil aliud nempe nisi hanc calidorem relationem Deum inter et hominem exprimunt.

Tali luce Eliade⁶⁴ vetustissima vestigia yogae, cultuum et mysticae (bhakti) illustrat. Factum, quod bhakti et prasáda tam sero in Indorum litteratura partes acquirunt, non testatur illud, quod ideis istis subest et inest, esse fructum posterioris aetatis. Vice versa. Factum, quod tam tarde in sacram litteraturam indoaricam introductae erant, indirecte earum vetustatem et originem antearicam probat. Ideae istae sub terra et extra castra societatis indoaricæ victitabant. Per traditionem oralem saeculis conservatae tum demum

⁶¹ Hopkins E. Washburn, India Old and New. New York-London 1902, pg. 147 nota 1.

⁶² Hopkins E. W., India Old and New N. York-London 1902, pg. 149.

⁶³ Hopkins E. W., India Old and New. N. York-London 1902, pg. 147.

⁶⁴ Eliade Mircea, Yoga. Paris-Bucarest 1936, pg. 5—6, 11—12, 276—301.

in religionem officialem admissae sunt, cum resistentia orthodoxiae aricae relaxari coepit (Eliade, op. cit., 5—6).

De praehistoria bhakti Eliade⁶⁵ censet: Religio indoarica, quam arii expugnatores attulerant, non erat nisi una phasis, eaque minime praecipua, in formanda traditione religiosa Indorum. Verisimillimum est „reformatores“ et parivrājakas, qui Mahavirae et Buddhae antecedebant, repraesentantes fuisse vitae religiosae populi autochthoni, qui usque ad illud tempus a castris religiositatis indoaricae severissime arcebatur. Motiones subterraneae, quae experientia religiosa populorum non-aricorum alebantur, continuo haec castra minitabantur. Sub apparente absorptione cultuum localium per brahmanismum processus inversus progreditur: transformatio brahmanismi in religionem indicam, ideoque asiaticam. Autochthones supra advenas triumphum reportaverunt. Geographia historiam vicit.

Cultus (pújá) et mystica (bhakti) semper in India existebant, sed extra castra brahmanismi. Religio indoarica, utpote frigida, iuridica, magica, nullum stimulum offerebat cultui et communionem hominem inter et Deum non permittebat. Possibilitates mysticae brahmanismi, etiam si praesto fuissent, in aboriginarios populos vim attractivam nullo modo exercere potuissent. Hi nempe populi aboriginarii fuerunt gentes asiaticae, quae superstitiones fertiles et animum possidebant, cui „concretum“ in qualicumque sphaera experientiae indispensabile erat. Omnia, quae de aboriginariis populis Indiae scimus, eorum „tendentiam concretum versus“ confirmant. Tantum abest, ut multitudo cultuum localium et personalium simplex sit figmentum abstractionis, ut potius argumengum praebeat authenticitatis et fertilitatis sentimenti religiosi horum populorum [Eliade, Yoga, pg. 300].

Bhakti et prasáda sunt tamen ideae indicae non solummodo ratione originis, sed etiam quoad id, quod complectuntur. Religiosus animus Indorum terminis technicis bhakti et prasáda characterem impressit, qui mentalitati Indorum maxime correspondet, notam scilicet monismi et immanentiae. Salus in genere nullo modo tamquam negotium novi, supernaturalis ordinis in India concipitur. Salus est fructus ordinis naturalis, est ipse ordo naturalis — cibratus igne salutaris cognitionis (jñána), disciplinae (yoga) et devotionis (bhakti), igne nempe, quo omme lutum ignorantiae, cupiditatis et praeiudicii deflagratum

⁶⁵ Eliade Mircea, Yoga. Paris—Bucarest, pg. 297.

est. Istis vinculis liberatus, homo harmoniam sui „átman“ cum átmane cosmicó assequitur, stricte loquendo realizat, restituit: unicitudinem omnium, quae in principio iam adfuerat, obiectum facit suaे experientiae.

Quali munere in salute hominis perficienda Bhagavat fungitur? Bhagavat de tempore in tempus in esse conditionatum descendit, ut ordinem restituat (*dharmaśamsthápanártháya* Bg iv, 8), ut bonos defendat (*paritránáya sádhúnám* iv, 8), ideo ut hominibus manum auxiliatricem ad fulciendum ordinem iam dudum constitutum porrigit, non ut novum, supernaturalem ordinem fundat. Bhagavatis gratia (*prasáda*) obstacula et pericula, quae salutem hominis praepediunt, superanda iuvat (xviii, 58). Tres principales vias salutis Bhagavat commendat: viam cognitionis (*jñána*), viam disciplinae (*yoga*), viam devotionis (*bhakti*). Qualemcumque ex hisce viis homo realizare mavelit, semper salutem acquirere valet. Unicitas omnium rerum cum absoluto aequo per salutarem cognitionem (iv, 35) ac per disciplinam (vi, 29) vel per devotionem (*yo bhajati ví*, 31) obiectum personalis experientiae fieri potest. Qui salutarem cognitionem acquiescerat, omnia in absoluto conspicit (iv, 35) eodem modo ac yogin, cui absolutum in omnibus rebus et omnia in absoluto adsunt (vi, 30); similiter etiam ille, qui deum Bhagavat per devotionem honorat (*yo bhajati*), in absoluto vivit (*mayi vartate vi*, 31), Bhagavat in eo et ipse in Bhagavat adest (ix, 29). Hac de causa ille, qui viam devotionis elit (*bhajati*), vocatur *ekabhaktih* (vii, 17), *sarvabhútasthitam bhajaty ekatvam ásthitah* (vi, 31): est discipulus illius, qui unum et omnia simul est (cfr. etiam *sarvah* xi, 40).

Bhakti maximo quoque peccatori salutem certam facere par est: sufficit, ut rectam intentionem concipiatur (*samyag vyavasitah* ix, 30), ut mentem ad Bhagavat convertat (*manmanah* ix, 34; *mám vyapásritya* ix, 31): eo ipso suum „átman“ in harmonia cum ordine sistit (*bhavati dharmátmá* ix, 31), in Bhagavat unum et omnia simul conspicit [*ekatvam ásthitah*, vi, 31; *ekabhaktih* vii, 17] et ad supremam metam pergit (ix, 32, 34): „Qui unicitudinem (omnium rerum) profitens mihi tamquam illi, qui in omni creatura inhabitat, deditus est, talis yogin in me remanet, qualiscumque sit via eius vitae“ (vi, 31⁶⁶).

⁶⁶ Bhg vi, 31: *sarvabútasthitam yo mám bhajaty ekatvam ásthitah sarvathá vartamáno 'pi sa yogí mayi vartate.*

Actus bhakti realizatus est, efficacia eius nullo impedimento retardatur et ideo plene manifestari potest: homo amore repletus (*bhaktyáyuktah* viii, 10) necessario in obiectum amoris sui transit (viii, 5 – 10). Bhakti realizata nullo concursu positivo tum ex patre hominis (*sarvathá vartamánah* vi, 31) tum ex parte dei Bhagavat indiget: actus humani et gratiosum auxilium dei Bhagavat (*prasáda*) partes integrantes ipsius bhakti non constituunt; eorum munus in dispositionibus ad bhakti necessariis praeparandis atque retinendis consistit.

Gratia (*prasáda*) dei Bhagavat nullum est donum in novum, supernaturalem ordinem elevans neque physice necessarium supernaturale auxilium ad agendum in ordine supernaturali, sed iuvamen ad viam salutis realizandam. Restat querendum, sitne hoc iuvamen ex mente Indi necessarium saltem moraliter. *Masson-Oursel*⁶⁷ talem persuasionem Indis denegat: asceta hinduus e propriis humanis facultatibus vires vitales dominat et naturae vincula superat. Indorum menti nihil tam connaturale existit quam immanentia absoluti in relativo: gratia est ipsa natura, dummodo homo errorem vitat relativum cum absoluto confundendi.

Immanentismum esse fundamentum viarum salutis apud Indos per evolutionem ipsius termini technici *prasáda* *Masson-Oursel*⁶⁸ comprobatum videt: terminus *prasáda*, qui deinceps sensum gratiae cognitionis vel salutaris auxilii accepit, initio virium humanarum certam contentionem designabat, sui dominationem nempe, ad superandos animi et passionum motus necessariam. Tranquillitas et claritas mentis, effectus huius virium exantlationis, tamquam fructus mere humani laboris considerabantur. Demum secundario eis character tributus est divini auxilii, quod homo a diis impetrare debet.

Prasáda in sensu gratiae divinae nunquam tamquam donum Dei gratuitum concipiebatur; exculta ascesis hominis sapientis apud bhaktas – et quidem apud bhaktas solos — dei auxilium eadem certitudine ac necessitate accire debet ac ritus brahmanicus, qui manum devarum fere ad nutum hominis movendam dirigit. Favor dei, prout per *prasáda* manifestus fit, tam parum voluntarius interventus

⁶⁷ *Masson-Oursel P., Die Gnadenlehre im religiösen Denken Indiens. Eranos, Jahrbuch 1936. Zürich pg. 129–130.*

⁶⁸ *Masson Oursel P., op. cit., pg. 131—133.*

quam supernaturalis influxus vel miraculum est. Nemo hinduorum unquam protulit: „Credo quia absurdum“, sicuti nemo unquam hinduorum praedestinationem electorum profitebatur. Ipsorum „reformatorum“ interventum Indi in legem naturae mutaverunt: „descensiones“ suorum deorum vel buddharum avatars fecerunt, in phases evolutionis cosmicae necessario insertos.

Medio sane aevo systemata theistica inter hinduos exstiterunt, quae theismo Iudaeorum, Christianorum, Mahumetanorum propinqua erant. Tunc, et quidem solummodo tunc duae conceptiones gratiae formantur: prolis, quae ipsa ad matrem refugit (argumentum a simia), et prolis, quae a matre prehenditur et aufertur (argumentum a fele⁶⁹). Hae conceptiones sunt theoriae tardioris temporis et partim per influxum christianismi et mahumetanismi explicari possunt. In quantum vero India proprio suo ideali fidelis remansit, nimis saluti in sensu immanentiae conceptae addicta erat, quam ut diis supernaturalem influxum in ordinem naturae asscriberet.⁷⁰

Tali modo concipiendis viis salutis e diametro opponitur doctrina christiana. Christus Dominus mundo novum ordinem affert, ad quem homo renasci debet ex aqua et Spiritu Sancto (Joa iii, 5) et in quo homo nihil sine gratia Christi valet (Joa xv, 5): „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei“ (Joa iii, 5). Sed „Spiritus ubi vult spirat“ [τὸ πνεῦμα ὃπον θέλει πνεῖ Joa iii, 8] et „Filius, quos vult, vivificat“ (Joa v, 21). Nova igitur vita, quam Christus homini affert, a gratia Dei totaliter dependet tum in principio (Joa iii, 8; v, 21), tum in quacumque sua manifestatione: „Sine me nihil potestis facere“ (Joa xv, 5), dicit Jesus apostolis et in mentem eis revocat: „Non vos me elegistis, sed ego elegi vos“ (Joa xv, 16).

Etiam caritas Dei est gratia Dei: ἀγάπη est virtus infusa, virtus dico, cuius causa perfective efficiens est Deus, Spiritus sanctus: „Caritas Dei (ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ) diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis“ (Rom v, 5). Caritas est virtus,

⁶⁹ Cfr. Hopkins E. W., The Religions of India. Boston-London 1895, pg. 500-501. Vel Barth A., The Religions of India. Trans. by J. Wood. 6. ed. London 1932, pg. 227.

⁷⁰ Masson-Oursel P., Die Gnadenlehre im religiösen Denken Indiens. Eranos-Jahrbuch 1936. Zürich 1937, pg. 132 – 133.

qua homo amicus Dei, immo domus Dei fit: „Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus“ (Joa xiv, 23). „Qui manet in caritate [ἐν τῇ ἀγάπῃ] in Deo manet, et Deus in eo“ (I Joa iv, 16). „Caritas [ἡ ἀγάπη] ex Deo est. Et omnis, qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum“ (I Joa iv, 7). Et plus adhuc caritas ex homine efficit: „Videte“, dicit s. Joannes, „qualem caritatem dedit nobis Pater [ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν] ut filii Dei nominemur et simus ... Carrissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum, sicuti est“ (I Joa iii, 1 – 2).

Caritas donum Dei est; Deus electis Spiritum caritatis [πνεῦμα ἀγάπης II Tim i, 7] et dignitatem filiorum Dei tribuit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt“ (Joa i, 12 – 13).

Gratia (*χάρις*) per quam homo ex Spiritu sancto renascitur (Joa iii, 8) est donum supernaturale, quod Deus, cuicunque vult, tribuit: „Quod natum est ex carne, caro est, et quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus, ubi vult, spirat, et vocem eius audis, sed nescis, unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu“ (Joa iii, 6 – 8). Homo gratiam per opera sua promereri nequit: „Si autem gratia [*χάριτι*], iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia“ [*χάρις* Rom xi, 6]. Deus libere gratiam distribuit, „cuius vult, miseretur, et quem vult, indurat“ (Rom ix, 18).

Gratia, donum Dei gratuitum, indebitum, supernaturale, etiam effectus producit supernaturales: „Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit quoniam semen ipsius [σπέρμα αὐτοῦ] in eo manet“ (I Joa iii, 9). In quo consistat hoc „semen Dei“ [σπέρμα αὐτοῦ] s. Petrus explicat: „Maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini divinae consortes naturae [θείας κοινωνοὶ φύσεως II Petri i, 4].

Unum adhuc discrimin inter bhakti, resp. prasáda, et ἀγάπη, *χάρις* in mentem revocare iuvat. Prasáda est auxilium — ceteroquin non necessarium — ad bhakti realizandam, qua vero realizata salus deinceps nec a gratia (prasáda) nec a positiva cooperatione humana

dependet [Bhg vi, 31; cfr. xiii, 23; vide supra]. Caritas [*ἀγάπη*] vero, de qua Christus loquitur, per vitam, i. e. per observationem praceptorum a Jesu impositorum manifestatur. In aliquot versibus (Joa xiv, 15—24) Christus quater sententiam repetit: „Si diligitis me, mandata mea servate“ (Joa xiv, 15) et statim apostolis mandat: „Manete in me, et ego in vobis“ (Joa xv, 4). „Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet“ (Joa xv, 6). „Manete in dilectione mea. Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea“ (Joa xv, 9—10).

Caritas, quae per vitam in Jesu manifestatur, est unicum et exclusivum medium salutis: palmes, qui in vite non manserit, arescet (Joa xv, 1—6). Econtra Bhagavadgítá illimitatam libertatem in eligendis mediis salutis relinquit: „Qui quocumque modo ad me accedunt, tali modo ego eis favorem praesto: meum tramitem homines sequuntur, quacumque via incedentes“ (Bhg iv, 11⁷¹). Bhagavadgítam libertatem in eligendis mediis salutis pree oculis habere illi loci confirmant, ubi adhuc apertius loquitur (Bhg vii, 21—22; ix, 23—25). Bhagavadgítá quidem affirmat, omnes cultus revera ad unum et eundem deum, Bhagavat nempe, etiamsi non aeque immediate (vii, 21—22; ix, 24), referri. Sed per hoc non exprimitur, qualemcumque cultum per accidens fieri posse medium salutis illi homini, qui bona sit fide; Bhagavadgítæ idea potius dicit inter singulos cultus non esse discriminem nisi solius gradus.

Ἀγάπη et *χάρις* prout in Novo Testamento annuntiantur, in Bhagavadgítá ignorantur. Bhakti et prasáda nimis in immanentismo haerent, quam ut hinduo donum dei supernaturale designent. Etiamsi externa forma, vestimentum, quo Bhagavadgítá et Novum Testamentum ideas suas induunt, interdum oculo imperitorum discriminem Orientem inter et Occidentem abstergere videantur, corda tamen, quae sub indumento pulsant, vitam totaliter diversam vivunt.

⁷¹ Bhg. iv, 11:

ye yathá mám prapadyante táms tathaiva bhajámy aham
mama vartmánuvantante manušyáh Pártha sarvaśah.

DE PROVINCIAE S. HYACINTHI ORD. PRAED. IN RUSSIA FUNDATIONE

P. Dr. Hieronymus M. Jurák, O. P.

(Continuatio.)

§ 3. *Institutio Vicarii Generalis Russiae anno 1595.*

Patres Poloni, silentium P. Generalis de possibilitate separationis Conventuum Russiae sibi favere existimantes,¹ duce P. Abraham Bzovio² Russiam sibi obsequiorem facere determinarunt. Viam ad hunc finem institutio novi Prioris-Cracovitae in Conventu Leopoliensi, ceu capitali Russiae, aperire debuit. Amoto ergo P. Andrea,³ quibusdam „audacissimis“ Cracoviensium Leopoli assignatis, electio P. Alberti Secovii, Poloni, expectabatur;⁴ sed electio „unanimi consensu“ in personam P. Antonini Premisliensis cecidit,⁵ quae tamen a Provinciali Poloniae cassata est.⁶ Cum Rutheni contra cassationem electionis protestarent, a Provinciali P. Mag. Severinus — „cum non paucis armatis“ — Leopolim pro visitatore missus est.⁷ Scena horribilis in conventu facta est⁸ — quapropter Rutheni — „ob evitanda maiora scan-

¹ Allegata, fol. 25r: „Expectatur tempus quo Pater abeat in Hyspaniam, ut non esset ad manus miseris refugium... gravioris oppressionis tractantur consilia.“

² Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. K, p. 143.

³ Allegata, fol. 25v: „— non absolutus ab officio sed deiectus, antea vero Vicariatu exutus.“ — De eo Baracz in suo Catalogo, Tab. O. P. Gen., XIII, 459 A, p. 12: „Reformationis quoque et promotionis Ordinis in Russia magnus zelator nomen perpetuum sibi inter fratres reliquit. Obiit Leopoli die 7. Jan. 1597.“ — Cfr. etiam Okolski, Russia florida, p. 141; Chodykiewicz, De rebus, p. 344.

⁴ Historica Narratio, p. 112: „Nimirum ut sibi iam viam ad opprimendum conventum per artificiosam electionem sui Alberti Secovii aperirent“.

⁵ Ibidem, p. 112.

⁶ Ibidem, p. 112: „— hanc honestissimam afferens causam quod eum confirmare et auferre a Polonia non posset in qua prioratum Plocensem et vicariatum super conventus Massoviae tunc gessit.“

⁷ Historica Narratio, p. 113.

⁸ Ibidem, l. c.; Allegata, fol. 25v: „— ut nisi praesul urbis occurrisset, sanguine mutuo iam maduissemus.“

dala" — iuri eligendi cesserunt et P. Nicolaum Magistrum, „Cracovitam“, acceperunt.⁹ Nihilominus P. Hyacinthum Barszczyk Rutheni ad P. Generalem „expediunt iussis illius in hoc satisfacientes“,¹⁰ qui tunc Genuae erat, opportunum tempus, ad mare in Hyspaniam transfretandum, expectans.

P. Generalis, hac in civitate a Fratribus Ruthenis feliciter inventus, die 30. Decembris 1595 in favorem Ruthenorum decretum tulit,¹¹ quo P Antoninum Premisliensem — „Russiae Monasteriis suum praefecit Vicarium usque ad Capituli decretum duraturum. Anathema gravissimum interposuit, ut nemo contradiceret: utramque partem ad Capitulum vocavit.“¹²

Sed per hoc lis finita non erat. P Antoninus Premisliensis litteras de sua institutione in Vicarium Generalem Russiae die 15. Februarii 1596 accipiens publicavit et litteras P. Generalis ad Provincialem Poloniae suis adnexas, postquam eum diu inquirens Siradiae morari intellexit, Lublino ex itinere ei transmisit.¹³ Piores vero Cracovitae Conventus Russiae Vicario instituto dimittere recusabant; P. Antoninus Premisliensis dicit:¹⁴ „— armatosque milites in fratres Russiae induxerint eos expellendo... Sciebant Protectorem Ordinis esse P Generali infensum¹⁵ et

⁹ Historica Narratio, p. 113; Allegata, fol. 69r.

¹⁰ Historica Narratio, p. 113: „fr. Jacintum Bascic“, — idem est ac „Bascik“, „Barszczyk“; vide Barącz, Catalogus, Tab. O. P. Gen., XIII, 459A, p. 26.

¹¹ Tab. O. P. Gen. IV, 46, fol. 106v: „Die 30. Decembris a. 1595 Genuae dignis de causis ad multa inconvenientia et scandala tolenda quae de facili poterant oriri, fuit divisa provincia Russiae a provincia Poloniae inferioris per modum provisionis usquequo in Capitulo generali fuerit aliter dispositum auditis rationibus utriusque partis. Et fuit institutus Vicarius Generalis cum auctoritate solita quam Provinciales habent Adm. R. P. F. Antonius Premisliensis, Magister super omnes Conventus et loca Russiae. Cum praecepto formalis et poena excommunicationis latae sententiae impudentibus vel retardantibus praedicta exercere et prohibentibus. Fratribus vero dictorum Conventuum sub formalis praecepto ut ipsum acceptent et in omnibus oboediant.“ Cfr. Okolski, Russia florida, p. 19; Chodykiewicz, De rebus, p. 89; Barącz, Rys, I, 267.

¹² Allegata, fol. 26r; 68r.

¹³ Allegata, fol. 125r.

¹⁴ Allegata, fol. 68v.

¹⁵ Cardinalis Protector, tunc Michael Bonelli Alexandrinus; cfr. Historica Narratio, p. 114.

sciebant Vicarium Ordinis¹⁶ sibi esse omnino addictum: et exinde audaciam sumpserunt.“ Poloni omnem iurisdictionem Vicario Generali Russiae denegabant — „sed tantummodo titulum tenere, nec fratres revocare suos“¹⁷ — illum potuisse. P. Nicolaus Magister — „Conventus Leopoliensis Prioratui sponte cessit: fratres Polonos ipse ex Russia ante licentiavit.“¹⁸

§ 4. *Capitulum Generale Valentiae anno 1596.*

Capitulum Generale tunc proxime celebrandum, ad quod P. Generalis litem inter Polonos et Ruthenos devolverat, Valentiae in Hyspania die sacra Pentecostes anno Domini 1596 apertum est.¹ Provincialis Poloniae, quia Capitulum sic dictum Provincialium erat, suas rationes personaliter vel per procuratorem, Vicarius vero Russiae per procuratorem, Capitulo praesentare debebant.² P. Antoninus Premisiensis, Vicarius Generalis Russiae factus, die 3. Martii anno 1596 Leopolim venit³ — et statim — „ex impressis privilegiis, et narrationibus seniorum, omnia simul conferens, ad perscrutandas in Archivis Leopoliensibus saltem aliquas prioris status Russiae notas animum sollicitum adiecit“⁴ — et collectas rationes ad Capitulum Generale per procuratorem Valentiam misit. At ne Poloniae Provincialis quidem, neque procurator eius, neque litterae eius ad Capitulum venerunt. Procurator Polonorum voluntatem transfretandi simulans Genuam eadem die, nempe 5. Mai 1596, venit, qua procurator Ruthenorum Hispaniam versus Genua solvit;⁵ ipse vero Romam

¹⁶ In absentia Magistri Generalis Romae residentem; quando P. Hippolitus Maria Beccaria in suis longissimis visitationibus ab Urbe aberat, Vicarii Ordinis munus P. Paulus Isaresius de Mirandula gerebat; cfr. Tab. O. P. Gen., XIV, tom. 18, p. 44; cfr. etiam Mortier, o. c., VI, p. 42.

¹⁷ Allegata, fol. 68v.

¹⁸ Ibidem, fol. 69r.

¹ Acta C. G., V, 349—379; cfr. Okolski, o. c., p. 19, 33; Chodykiewicz, o. c., 93; Baracz, Rys, I, 226; 266.

² Allegata, fol. 69v.

³ Ibidem, fol. 70r.

⁴ Ibidem, fol. 69v.

⁵ Ibidem, fol. 125v: „Hoc et ipsi confitentur.“

abiit. Ad suam absentiam in Capitulo omnimodam excusandam Poloni praesertim duo argumenta proposuerunt: primo, quod litteras P. Generalis tarde acceperant;⁶ secundo, quod procurator eorum navim pro Hispania non invenit.⁷ — Quidquid sit, Poloni potius Romam quam forum Ordinis maluerunt — „unde causam divisionis Romam extraxerunt.“⁸

Capitulum Generale Valentiae die 18. Junii 1596 — „unani-
mi consensu Adm. RR. PP. Provincialium caeterorumque diffi-
nitorum“ — decretum tulit⁹ — quo Conventus Russiae a Polo-
niae Provincia separati erant novaque „Provincia S. Hyacinthi
de Russia“ erecta est, cui primus Provincialis in persona P. Anto-
ini Premisiensis datus fuit.¹⁰ Nomina Coventuum publicata non
sunt in Actis Capituli, sed in litteris patentibus ad Provincialem
Russiae datis inserta erant.¹¹ Conventus ad novam Provnciam
Russiae pertinentes¹² erant numero 21: Leopoliensis, Premisli-
ensis, Belzensis, Mosticensis, Samboriensis, Luceoriensis, Smi-

⁶ Contra tardam acceptiōē litterarum P. Antoninus haec nobis argu-
menta affert: Provincialis Poloniae Felix litteras P. Generalis, quas ei P. An-
toninus Siradiam transmiserat, die 12. Martii 1596 — „ut ipsi fatentur“, Alle-
gata, fol. 125r, — accepit; Capitulum Generale Valentiae die 15. Junii 1596
inchoatum est, et usque ad diem 11. Julii durabat; Mortier, o. c., VI, p. 43;
cfr. Allegata, fol. 70r; cum procurator Polonorum die 5. Maii Genuam vene-
rat, certe Capitulo durante Valentiam venire potuit. — Allegata, fol. 125v:
„Quomodo etiam tarde, quando a die oblati mandati, usque ad tempus Capi-
tuli tres et amplius menses et bonum iter, et equos agiles, et una septimana
propriorem, quam Rutheni locum ad expeditionem habuerunt?“

⁷ Quoad defectum navis, — Allegata, fol. 126r: — attamen per naviculas
— „circa litus ad proximas urbes, ac per terram quoque venire potuerunt.
Ita procurator Ruthenorum fecit“.

⁸ Allegata, fol. 101r; cfr. Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. K p. 143.

⁹ Tab. O. P. Gen., IV, 46, fol. 128r, 128v.

¹⁰ Acta C. G., V, 363—364; cfr. Walz, Compendium, p. 417.

¹¹ Chodykiewicz, o. c., pp. 94—96, has litteras institutionis cum erronea
data diei 15. Junii 1596 publicavit, cum registrum P. Generalis, Tab. O. P.
Gen., IV, tom. 46, fol. 128r et 128v manifeſte diem 18. Junii 1596 pro his trac-
tationibus designat. De epistola expedita in registro nihil invenitur.

¹² Chodykiewicz, o. c., p. 95; cfr. Barącz, Rys, I, 267. — Historica Narra-
tio, p. 114: „— duobus de quibus controverti poterat auctoritate propria ad-
iunctis videlicet Lublinensi et Vilnensi“ — Allegata, fol. 111v: „quamvis non
essent ad Russiam pertinentes“.

grodensis, Kolomiensis, Włodimiensis, Rubei Castri (Czerwono-grod), Trembowlensis, Rodlensis, Hrubiessoviensis, Kijowensis, Lancutensis, Wilnensis, Camenecensis (Poloniae), Jazlove-censis, Lublinensis, Succamiensis, Smotricensis. Infra spatium 30 dierum a die publicationis sub poena excommunicationis latae sententiae et sub pracepto formali in Provinciis Poloniae et Russiae, tam a capitibus quam a subditis, die 18. Junii 1596 Capitulum ita fieri mandavit:¹³

primo: — „ut Fratres existentes in Provincia Polloniae (!) ex Provincia Russiae redeant ad hanc Provinciam et Conventus;“

secundo: — „ut qui aliqua bona abstulerunt a Conventibus Russiae, restituant omnia;“

tertio: — „ut qui priores vel praesidentes fuerunt in aliquo conventu dictae Provinciae s. Hyacinthi reddere rationem suaे administrationis coram Adm. R. P. Provinciali Russiae“ (debeant);

quarto: — „mandamus Provinciali Poloniae, ut si sunt Fratres in sua Provincia ad dictam provinciam spectantes Russiae compellat redire. Idem de administratione bonorum et qui bona abstulerunt ab illis Conventibus, restituere faciat.“

Decretum Capituli de separatione Conventuum Russiae et novae provinciae institutione Ruthenos fratres summa laetitia implevit,¹⁴ item gaudium non minus ex titulo Provinciae S. Hyacinthi percipiebant.¹⁵

¹³ Tab. O. P. Gen., IV, tom. 46, fol. 128v; cfr. Acta Conventus Generalis. V. pag. 364.

¹⁴ Allegata, fol. 34v: „O faelix Valentia, in qua convaluimus Ex Hispaniis Pater Hispanus piissimus Dominicus: ibi precibus suis impetravit spiritum senatui ad filios revelandos: succurrit Vincentius sanctissimus preco ad vincendam malitiam, salutemque afferendam nobis in sua Valentia. Adhaereat lingua faucibus nostris si tui o praeciara civitas, non meminerimus. Defuncti sunt Patres nostri in desiderio: temporibus ultimis facta sunt mirabilia „Pro universis iniuriis provinciae novae titulo donamur . . .“ fol. 102v: “. ut patientia per collatum Provinciae titulum remuneraretur.“

¹⁵ Allegata, fol. 36v: „Os tuum Domine appellavit. Nam nos id non petieramus: neque speravimus: et ideo postquam nuntiatum est obstupuimus. At quam merito id factum est? Scilicet ut Patris huius olim in has Russiae plagas excurrentis exempla aemularemur: ut ubi maxime sudavit, ibi nomen eius celebaretur, ut notum esset, precibus eius, tempore Canonizationis eius, hanc

§ 5. Reformatio in Provincia Russiae.

In fronte totius motus pro seiunctione Conventuum Russiae a Provincia Poloniae Patres ut Andreas de Leopoli, Hyacinthus Barszczik,¹ Praedicator Generalis, P. Antoninus Premisliensis, — erant, — qui omnes zelo religionis et gloriae Dei flagrabant, — unde facile intelligere possumus reformationis promissionem unam ex conditionibus in erectione Provinciae Russiae positam fuisse. Rutheni divisionem pro vita regulari melius conservanda et facilius restauranda sibi vindicabant² — quapropter a Polonis irridendo ceu „reformatores“ appellabantur.³

Decreto Capituli die 28. Januarii 1597 a Ruthenis accepto et subscripto⁴ — P. Antoninus Premisliensis iam die 7. Martii 1597 litteras de reformatione ad totam Provinciam Russiae direxit.⁵ Postulat, ut arcta observantia regularis „sine timore hominum“ ubique introducatur; Conventus Lepoliensis, qui „conatum ad meliora“ semper habuit, et Provinciae S. Hyacinthi primarius, principaliter „ad regularem observantiam reparandam“ designatur.

Rutheni fratres post publicationem decreti de Provinciae Russicae misericordiam Dei Ruthenis accidisse.“ — S. Hyacinthus die 17. Aprilis 1594 a Clemente Octavo inter sanctos inscriptus est; vide Bullarium O. P., V, p. 512.

¹ Okolski, o. c., p. 141: „— qui in Abrutina Provincia habitum Ordinis recuperat, eandem reformationem introduxit in Russia abstinendo a carnibus in ieiuniis, et promotione Conventus Leopoliensis (quem a lapide erexit)“ — octuagenarius Dominica Passionis 1611 mortuus est; cfr. Barącz, Catalogus, p. 26. — Nominatur etiam „Baszczyk“ ab Okolski, o. c., p. 19, 78, 80, 141, 143; Chodykiewicz, o. c., p. 105, 353; vide § 3 huius operis, nota 10.

² Allegata, fol. 81r; et passim.

³ Allegata, fol. 28r; dicit de P. Severino Cracovita, quod — „in suo libro quem de canonizatione Beati Hyacinthi conscripsit, nostram Congregationem Leopoliensem Reformatorum fratrum appellaret

⁴ Okolski, o. c., p. 19; Chodykiewicz, p. 77—78, — „ex autographo“ — publicavit litteras P. Eustachii Fontana, Vicarii Generalis Perrae—Constantinopoli, quibus P. Antonium Premisliensem ceu — „Patrem novellae Provinciae s. Hyacinthi“ — salutat. — Haec litterae apud Chodykiewicz datam diei 8. Junii 1595 ferunt; quod vero certe falsum est, cum Provincia tantum die 18. Junii 1596 instituta fuerant. — De valore litterarum proinde nihil dicere restat.

⁵ Chodykiewicz, o. c., p. 96—98.

siae erectione statim commodiorem vitam in Polonia relinquentes in Russiam — „quae pro magna parte veluti in tabernaculis, et tentoriis, non tam locis bene munitis, quam meritis et laboribus pro Christo Jesu toleratis dives“⁶ — revertebantur. Anno Domini 1598 P. Antoninus numerum fratrum Ruthenorum — „ducenti administris“ — existimabat.⁷ Quamvis libertatem in Russiam veniendi vel in Polonia manendi haberent, tamen maior pars eorum — scilicet 104 — hoc tempore iam in Russia reversa erat.⁸ Econtra triennio ab institutione Vacarii Generalis in Russia, scilicet annis 1596—1598, labente sex tantummodo fratres in Polonię abierunt:⁹ metu poenarum tres; reformationis contemptu duo; „a Cracovita quodam vocatus“ unus. — Multi Rutheni a Polonis — „miris modis et artibus“ — in Polonia detinebantur, ne in Russiam abirent.¹⁰ Fratres in Russiam reversi omnes reformationem suscipere parati erant; et de facto statim, ea proclamata, ei 50 fratres subscripserunt.¹¹

Cum reformatione vitae regularis etiam renovatio Conventuum secuta est. Inter Conventus, qui numero 21 Provinciae Russiae dati erant, solummodo 13 ad habitandum apti et a fratribus inhabitati erant.¹² Aliqui Conventus Russiae — „quamvis orent homines ut restaurarentur“ — propter litem cum Polonis desolati remanebant¹³ alii paulatim restaurabantur; ubique in tota Provincia Russiae nova vita oriebatur.¹⁴ Influxus reformationis etiam in statum studii se extendebat, quamvis hoc brevis-

⁶ Allegata, fol. 121v.

⁷ Ibidem, fol. 122r.

⁸ Ibidem, fol. 103v: „Attamen nemo per vim in Russia tenetur: et sunt numero centum et quatuor.“

⁹ Ibidem, fol. 103v.

¹⁰ Ibidem, fol. 123r; cfr. fol. 46r.

¹¹ Allegata, fol. 27v: „Miramur enim Domine quod absque difficultate, quam praepositi metuebant, Reformatio a quinquaginta fratribus recepta sit, et colatur.“

¹² Allegata, fol. 119r: „— cum immixta falsitate, viginti duos enim Conventus numerant — (sc. Poloni) — ad Russiam designatos: cum tandem non extent nisi tredecim.“

¹³ Ibidem, fol. 119r.

¹⁴ Allegata, fol. 98r: „Quam bona sit divisio probat nunc in hoc triennio fere cohibita divagatio: et in omnibus Conventibus Russiae restauratio:

simo tempore quoad studia et numerum Lectorum Provincia adhuc satisfacta esse non potuit.¹⁵

Reformatio secundum Antoninum Premisliensem in Russia non propter seipsam tantum introducta erat, sed ipsa apostolatum fratrum fructuosum facere¹⁶ et saluti animarum et Unioni Ecclesiae inservire debebat.¹⁷ Fratres, etsi aliqui non ita scientia praediti, et eloquentes essent, tamen — in amore Christi radicati et fundati — valde pro salute animarum utiles esse possunt.¹⁸

Certe nimis non dicimus, si reformationem vitae regularis a P. Antonino in Conventibus Russiae introductam fundamentum ad gloriam apostolatus et ad heroismum martyrii, quo Fratres Praedicatorum secundo quadrante saeculi decimi septimi in Russia claruerant, posuisse declaramus.

auctio plurium Si libera auctoritas esset Russiae Provincialis, valde in altum ducta fuisset Provincia in hoc triennio. Sic tamen, etiam perturbata processit, ut non ita sub Provinciali Poloniae per annos 70.“

¹⁵ Allegata, fol. 98v: „Illud tantum admittimus quia nunc fratres tot docti in Russia non habentur... Quod haec obiectio est molesta, surgenti Provincialiae, et ex oppressione respiranti. Illorum culpa accidit, quod misera non habet.“

¹⁶ Allegata, fol. 98v: „Et in hunc finem Reformatio Leopoli decreta et inchoata est: ut ex hoc Conventu tamquam seminario prodirent fratres mortificati, nec nisi quae sunt Dei quaerere assuetae. Qui mundi negotia ignorent, tranquille vivant, ac ipsa vita sua a moribus saeculi remota preadcent.“

¹⁷ Ibidem, fol. 42r: „Vos inter Schismaticos vivitis vestra indiget (sc. Ecclesia) opera et diligentia. Rudis est populus. Quid prodest etiamsi uniatur et non excolatur? Opus est vestro zelo: ut villas et oppida eorum circumcumeentes (fol. 42v). Etenim sacerdotes Catholicos non habent, rudimenta Christianae fidei, tanquam nunc noviter lacte indigentibus tradatis Nonne post oppressionem unio tepuit? Nonne ad hanc perficiendam opus est operariis multis in tanta vastitate?“ (fol. 46r): „Transeundum itaque est a meditatione, ad actionem, a propria salute... ad proximorum salutem et amorem.“

¹⁸ Allegata, fol. 49v: „Ergo Jesum Crucifixum in signum cui contradicitur a mundo et Sathan, et carne, erectum circumferre debemus ut praedicatio nostra non habeat aliam scientiam nisi Christi et huius crucifixi, in quo tamen omnes scientiae et sapientiae thesauri recludentur Melius dicit qui verbi incarnati beneficia ex animo (fol. 50r) commendat: ratiocinatur potentius, ab amore Crucifixi Dei meditans ipse et sentiens tracto argumento, suadet, Res divinae non discuntur; sed sentiuntur. Da tales Cicerones: etiamsi pauca dicant sed ardeant.“

§ 6. *Protestationes PP. Polonorum contra Russiae separationem.*

Si Patres Provinciae Poloniae separationi Ruthenorum quaerendae ita resistebant, eo magis iam factae se opposuerunt. Suas protestationes in foro Ordinis parum valere praevidentes ad Romanam Curiam, loco Capituli Generalis, refugium sumpserunt; eo praetextu, quod P. Generalem — „suspectum iudicem habuerunt.”¹ — Romae econtra favore Cardinalis Protectoris, Michaelis Bonelli, et Vicarii Generalis Ordinis fruebantur. Procurator Polonus, inito consilio cum Card. Bonelli Boschi morante², statim post notitiam de fundatione novae Provinciae Russiae acceptam, protectione Card. Bonelli ac Vicarii Generalis Ordinis adiutus, a Beatissimo commissionem huius rei in Polonia investigandae — „in personam illi D. Legati, quae illi in Augusto, 28. die est oblata” — obtinuerunt.³ Quibus ita dispositis Poloni Patres festo S. Michaelis Capitulum Plociae celebraverunt, ubi de modo procedendi coram Legato, Cardinale Caetano, tunc in Regno Poloniae in causa Unionis Ruthenorum morante, consilia fecerunt; pro Legato Informationem cum 13 rationibus contra divisionem praeparaverunt.⁴ Initio causa Legato ad terminandum commissa erat, sed postea, quia in eo Ruthenorum fautorem cognoscebant, commisio in informativam tantum mutata et res ad Card. Bonelli ad terminandum devoluta est.⁵ Processus coram Legato Varssowiae die 10. Octobris 1596 initium habuit.⁶ Poloni — „numero triginta sex cum suo Provinciali” — advenierunt;⁷ tanquam actores Provincialis cum Severino et quodam P.

¹ Allegata, fol. 126r; — fol. 126v: quia ei exprobrabant, quasi — „millia quatuor vel quinque aureorum a Ruthenis fratribus” — pro divisione accepisset. — Historica Narratio, p. 117: „Obiecit magister Abrahamus Cracoviensis... munera decem millium ducatorum aureorum donata a Ruthenis mortuo P. Generali pro erectione provinciae.” — Cfr. Archiv. S. Vatic. Borghese, III, tom. 12c, fol. 71v.

² Allegata, fol. 126r.

³ Allegata, fol. 70 r; cfr, Tab. O. P. Gen., lib. K, p. 144. Legatus ille in Polonia Card. Caetanus fuit.

⁴ Tab. Conv. Leopoli, Chartae, X, 438.

⁵ Allegata, fol. 71r.

⁶ Ibidem, fol. 71r.

⁷ Ibidem, fol. 71r.

Hyacintho ex parte Polonorum fungebantur.⁸ Ex Ruthenis quatuor aderant:⁹ P. Antoninus, Provincialis; P. Hyacinthus Barszczyk, Prior Leopoliensis; P. Christophorus Premisliensis, Praedicator Generalis in Conventu Leopoli; P. Gregorius Premisliensis. Quia hic processus coram Legato in Polonia nullum fructum habuit, nam ab eo Poloni Romam appellaverunt¹⁰ et res ad Congregationem Regularium devoluta,¹¹ inutile in eius descriptione morari esset.

Citationem Ruthenis — „apud Romanam Congregationem sexagesimo die comparituris” — feria sexta¹² Hebdomadis Sanctae anni 1597 — „praesbyter saecularis et fr. Diaconus” tradidit.

Rationes, praeter obiectionem excussae iurisdictionis et obedientiae,¹³ quas Poloni Romae ante tribunal S. Congregationis de Religiosis contra divisionem afferebant, erant **octo**:¹⁴

1. ad divisionem tria Capitula Generalia necessaria essent;
2. divisio contra Constitutiones est, quae divisores damnant;
3. absque omnium consensu Provincias dividere inconveniens est: non solum Polonis displicet, sed diversi Rutheni non consentiunt;
4. non placet divisio Regi, Cardinali Radziwilo et Bathoreo, Archiepiscopo Gnesnensi, et aliis episcopis ut Chelmensi, Premisliensi;
5. disiungere Conventus et proventus quorumdam Conventuum per Pontifices summos et P. Generalem ad Poloniam translatos, conventiens non est;
6. inconveniens est a Polonia separare Conventus a Patribus ipsius fundatos et constructos et bona eorum industria quaesita et aucta;

⁸ Ibidem, fol. 71v.

⁹ Ibidem, fol. 71v.

¹⁰ Ibidem, fol. 72r.

¹¹ Ibidem, fol. 72v; — cfr. Tab. O. P. Gen., lib. K, p. 144.

¹² Allegata, fol. 38r: „— ipso Matutinarum, scilicet occupati animi circa Christi passionem, tempore tradiderunt.”

¹³ Ibidem, fol. 38r: „Citavit Provincialis Poloniae praetensum Provincialem (ut ipsi placuit) Russiae cum Conventuum praesidentibus, quia se ab oboedientia eius subtraxerunt.”

¹⁴ Allegata, fol. 88v — 94r; — sex similes affert Chodykiewicz, o. c., p. 91.

7. conveniens non est, ut magnus numerus fratrum in Polonia (400 dicunt!) in paucissimis Conventibus, et pauci Rutheni in 22 Conventibus habitent;

8. inconveniens est causam inaudita parte determinare, ut Patres Capituli Generalis 1569 sine Polonis fecerunt.

Contra has Polonorum argumentationes Rutheni similiter suas „pro iusta et necessaria nedum convenienti divisione“ — suas septem posuerunt:¹⁵

a) ex iure historico, quia Conventus Russiae usque ad annum 1519 separati erant;

b) Rutheni ut haeredes Peregrinantium officium eorum adimplere debent;

c) divisio vitam regularem iuvat;

d) effectus et fructus boni ubique in Russia post divisionem apparentes praedictum probant;

e) zelus apostolicus augetur et salus animarum;

f) pax conservanda inter fratres; „ne iurgium sit inter illos dividantur“;

g) per divissonem status Religionis non detrimentum patitur, sed augetur et ornatur.

P. Antoninus Premisliensis ad rationes Polonorum in suo opere ad P. Generalem dato optime respondit:¹⁶ Capitum Generale et Magister Ordinis provincias dividere potestatem habet; consensus trium Capitulorum ad Constitutionem aliquam faciendam necessarius est; ergo divisio non est contra Constitutiones;¹⁷ consensus utriusque partis ad divisionem necessarius non est, quia aliquando frustra expectaretur, quapropter Ordo, etiam utraque parte recusante, utriusque parti oboedientiam imponere potest; Regi et aliis Praesulibus non placet; eos placare Poloni debuerant;¹⁸ etiam-

¹⁵ Allegata, fol. 98r — 99v.

¹⁶ Allegata, fol. 100r — 126r; hoc opus P. Generali H .M. Beccariae dictum est.

¹⁷ Ibidem, fol. 101v: „Itane melius callent Poloni legum naturam, quam totius Ordini capitulum?“

¹⁸ Allegata, fol. 105r: „Nonne etiamsi Rex ipse ex se hoc nollet, tamen ut veri filii, et Regularis modestiae amatores excusare Ordinis factum etiam debuerant.“

si initio Regi et Cardinali Radiwilo divisio non placebat nunc aliter iam eos sentire Antoninus dicit.¹⁹

De cursu tractationum specialis lis de duobus Conventibus, Vilnensi et Lublinensi, evoluta est. Hos Conventus Poloni simpliciter habere volebant; econtra Rutheni, cum eos a Capitulo Generali acceperant, ad ulterius retinendos suas, consideratione non indiginas, rationes afferebant.²⁰ Rationes Ruthenorum aliae pro utroque Conventu in genere aliae pro unoquoque singillatim proferebantur.

Pro utroque Conventu in genere:²¹

1. ut Provincia nova coalescat, quae nunc Conventus valde attritos habet;

2. ut — „quoniam in his urbibus sunt Seminaria Patrum Societatis Jesu, possit nova, ac multis indigenis fratribus et operariis provincia, ex illorum institutione Juvenes non ineptos habere“;²²

3. ut — „qui litteris operam navant“ — haberent „concertatores“ et occasionem audire doctos, qui in aliis urbibus Russiae non habentur;

4. ut tempore bellorum et pestis habeant fratres Rutheni Conventus in urbibus remotioribus — „ad quos recurrent, resque suas tutius conservent: quando Polonis tot urbes munitissimae et Conventus non desunt“;²³

5. decet, ut Poloni hos duos Conventus Ruthenis pro restituione, cum per tot annos 18 Conventus Russiae possidebant, concederent.

Pro singulis Conventibus in specie:

Pro *Lublinensi*:²⁴ quoniam civitas haec locus est Tribunalium Judiciorum maxime spectans ad Russiam; Lublinensis Conventus a Polonia maximo fluvio, Vistula, dividitur et sic limes inter Provincias naturalis haberetur.

¹⁹ Ibidem, fol. 105v: „— sed iam per Dei gratiam et Regem melius informatum acti poenitet... Alii quoque praesules rectius de hoc negotio sentiunt: maxime illmus D. Cardinalis Radiwilus, qui etiam dolet se pro vobis scripsisse“ — sc. Polonis.

²⁰ Allegata, fol. 108r — 112v.

²¹ Ibidem, fol. 112r — 112v.

²² Ibidem, fol. 112r.

²³ Ibidem, fol. 112v.

²⁴ Ibidem, fol. 112r.

*Pro Vilnensi:*²⁵ — „quia cum moribus Ruthenorum Lituani ac multi etiam in lingua conveniunt“.

Ex fundatione alicuius Conventus Provincia ius absolutum eum retinendi non habet, — quia — „Ordini primum postea Provinciis Conventus acquiruntur.“²⁶ Aliter Poloni non solum Conventus Russiae, exempli gratia Chioviensem, sed etiam Frisacensem in Carinthia postulare deberent, quia et hunc et illum S. Hyacinthus fundaverat;²⁷ — de cetero Poloni, quos Conventus in Russia fundaverunt, non explicant. Neque ex numero Conventuum vel fratrum Poloni aliquod argumentum pro sua sententia construere posunt; nam — ut P. Antoninus dicit — inter suos tam Conventus quam fratres etiam Conventus Lublinensem et Vilnensem numerant, quos pariter inter 22 Ruthenorum Conventus ipsis Ruthenis obiiciunt;²⁸ Polonis, etiam istis duobus Conventibus seclusis, semper 24 Conventus et adhuc 2 Conventus Monialium remanebant; quad numerum fratrum suorum Poloni errant: non habent 400 fratres, quia ex hoc numero 100 ad Russiam pertinent.²⁹ Divisio inauditis Polonis, stricte loquendo, facta non erat, quia ad Capitulum ex proposito non venerunt; sed nec hoc obstaret, nam Ordo ut supremus possessor Provinciarum egit, et divisit.³⁰

§ 7. Sententia Card. Bonelli et Capitulum Generale Neapoli a. 1600.

Rationes Ruthenorum Patrum apud Congregationem Regularium, vel potius apud eius Praefectum Cardinalem Bonelli, nihil valebant. Cardinalis Ruthenos, quamvis Romam citatos, ne audire quidem voluit.¹ Die 21. Februari 1598 Cardinalis Michael

²⁵ Ibidem, fol. 110r.

²⁶ Allegata, fol. 113v.

²⁷ Ibidem, fol. 114v.

²⁸ Ibidem, fol. 119v.

²⁹ Ibidem, fol. 121r: „— non concedimus quadringentos ad nos enim centum pertinent“.

³⁰ Ibidem, fol. 124r.

¹ Allegata, fol. 126v: „Rutheni quamvis citati, Romam venerint, tamen non audit (quia ne una vice quidem Alexandrinus Cardinalis a Procuratore eorum voluit informari, cum sexies peteretur), sententiam crudelem in se occulte fabricatam esse obstupuerunt.“

Bonelli Alexandrinus contra Ruthenos sententiam dedit,² per quam omnes Conventus Contratam Russiae respicientes cum Provincia Poloniae uniti et incorporati cum omnibus bonis, redditibus, iuribus et aliis quibuscumque ad Conventus quovis modo pertinentibus; Societas Peregrinantum ut abolita; decretum Capituli Generalis Valentiae celebrati simul cum ordinationibus Magistri Generalis super divisione Contratae Russiae a Provincia Poloniae ut annihilatae et irritae declarabantur; P. Antoninus Premisliensis — „assertus Provincialis Contratae Russiae... omni appellatione cessante — ab officio absolutus et omnes fratres Russiae regimi Provincialis Poloniae subiecti sunt; Ruthenis implicite aliqua satisfactio agnoscebatur per ordinationem, ut Provincialis Poloniae statutis temporibus personaliter Visitationem Russiae faceret et iuvenes Ruthenos sine acceptatione personarum ad habitum, fratresque Ruthenos ad studia et dignitates et officia in Ordine admitteret.

Valde suspectum videtur, cur hanc sententiam Cardinalis Romae statim pro tribunali non tulerat, sed scriptam ad Nuntium Malaspinam in Polonię pro publicatione et executione misit.³ Nuntius vero Polonię reliquerat, priusquam istud negotium accepit; executio ad commissarium Nuntii Card. Bathoreum translata erat.⁴ Cardinalis Bonelli executionem suae sententiae non vidiit, nam interea die 29. Martii 1598 diem supremum obierat.⁵

Card. Bathoreus Ruthenos Elspergam vaga citatione citavit; cum eorum procurator in civitate ista tantum protestationem Cracoviensium de non reperto Commisario relictam invenerat, eosdem imitatus protestationem suam pro Ruthenis, nempe „quod vaga citatione citati essent, et quod tantum ad protestandum de nullitate Commissionis, citationis et sententiae et quatenus opus est ad appellandum venisset,” ibidem reliquit.⁶ Card. Bathoreus, una fere septimana post terminum Elspergam ve-

² Tab. Conv. Leopoli, Chartae, X, 433; copia; sine paginatione.

³ Tab. Conv. Leopoli, Chartae, X, 431, „Status causae provinciae S. Hyacinthi”.

⁴ Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. K, p. 144; ibid., Historica Narratio, p. 115.

⁵ Mortier, Histoire des M. G., VI, p. 44.

⁶ Tab. Conv. Leopoli, Chartae, X, 431, Status causae...

niens, die 25. Junii 1598 in „contumaciam Ruthenorum, contra relictam protestationem sententiam publicavit“.⁷

Effectum vero iuridicum sententia haec consecuta non est.⁸ Die 3. Januarii anno 1599 P. Generalis Beccaria Romam reversus⁹ — informationem de omnibus Sanctissimo dedit — qui totum negotium P. Generali terminandum commisit.¹⁰ P. Generalis — ad maiorem claritatem negotii obtinendam — in Provincias Poloniae et Russiae die 12. Martii 1599 P. Nicolaum de Opitergio in munere Vicarii Generalis ac Visitatoris misit.¹¹ Die 27. Martii 1599, ad confusionem sententia Cardinalis Bonelli causatam repellendam, de novo Provincia Russiae in sensu decreti Capituli Generalis Valentiae 1596 omnino confirmata erat.¹²

⁷ Ibidem. — Cfr. etiam Tab. O. P. Gen., lib. K, p. 144; et Historica Narratio, p. 115: „Id factum est anno Domini 1598 cum Russia in possessione tituli provinciae iam biennum stetisset.“

⁸ Allegata, fol. 126v: „— non solum enim libertas Ruthenorum, sed Ordinis quoque iura decretis Alexandrini occultissimis oppressa fuerunt.“

⁹ Mortier, o. c., VI, 45; de relatione P. Beccariae ad Card. Bonelli ibidem p. 44.

¹⁰ Tab. Conv. Leopoli, Chartae, X, 431, Status causae...

¹¹ Tab. O. P. Gen., IV, tom. 46, fol. 106v: „Die 12. Martii 1599 factus fuit vicarius Generalis et visitator duarum Provinciarum Polloniae (!) scilicet et s. Hyacinthi cum plenaria potestate etiam super provinciales R. P. F. Nicolaus de Opitergio ex Provincia Lombardiae, Provinciae Ungariae Provincialis.“

¹² Tab. O. P. Gen., IV, tom. 46, fol. 106v—107r: „Die 27. Martii 1599 annuente et consentiente Ssmo N. D. Papa Clemente octavo fuit confirmata divisio Provinciae Poloniae in Capitulo Generali Valentiae celebrato 1596 facta ac etiam institutio Provincialis breve facto, Provincia S. Hiacinthi et mandatum fuit omnibus fratribus ad dictam provinciam pertinentibus, etiam provincialibus ipsis, sub praecepto formali et sub poena excommunicationis latae sententiae ipso facto incurrenda una pro trina monitione canonica praemissa et sub poenis omnibus gravioris culpae subque poena privationis omnium graduum et officiorum et perpetuae inhabilitatis ad illa obtainenda audeant quidquid attentare, directe vel indirecte contra praesentem confirmationem, divisionem et institutionem, aut tale quid procurantibus auxilium, opem, vel favorem dare. Item declaratum est quod Conventus illi qui in Capitulo praefato Valentiae concessi fuerunt provinciae S. Hiacinthi et uniti, ad eandem spectare... Sub eodem praecepto et poena excommunicationis latae sententiae et poenis gravioris culpae circa Regimen temporale vel spirituale dictorum Conventuum nullo modo Provincialis Poloniae (!) se intromittere audeat.“

P. Nicolaus de Opitergio hanc novam sententiam confirmatiam coram Capitulo Plociae Provinciae Poloniae anno 1599 die 16. Maii publicavit;¹³ Patres Poloni ibi congregati statim ab ea ut Provinciae destructiva appellaverunt; contra P. Nicolaum de Opitergio tempestas et saevitia maxima prorupit:¹⁴ „— de Cathedra furenter decussus, et per subordinatos Nobiles, tanquam Regni tuurbator et scissor eius, . . . neque Regem . . . neque Russiam videre permissus, tandem e toto Regno electus est.“

Anno 1599 Capitulum Generale diffinitorum Mediolani celebrandum erat; hoc vero, maioris sollemnitatis gratia, pro Anno Jubilaei — anno Domini 1600 — Neapolim translatum est.¹⁵ De praesentia Ruthenorum hoc in Capitulo in Actis ullum vestigium,¹⁶ nec alibi aliquid hac de re invenire potuimus. Ex Polonia P. Magister Severinus Cracovita veniens ex mera gratia in diffinitorum admissus erat.¹⁷ Hic vero, forsitan propter absentiam Ruthenorum, tam magnum sumpsit, ut non decreta Capituli expectaret, sed simpliciter conditiones ad componendam litem cum Russia poneret.¹⁸

Conditiones formatae hoc modo erant: Contrata Russiae aut a Provincia Poloniae dividenda aut ipsi Provinciae Poloniae reunienda est.

Si reunienda, tunc per decretum Sanctissimi fieri debet, cum conditionibus sequentibus:

1. omnes excessus PP. Leopoliensium data poenitentia dimittantur;
2. expensae Provinciae Poloniae in lite factae liquidentur;
3. perpetuum silentium et causae et accusationibus utriusque partis imponatur;

¹³ Arch. S. Vatic., Borghese, IV, tom. 242, fol. 47r; Litterae protestationis ad Card. S. Georgii, Cynthio Aldobrandini de die 17. Maii 1599.

¹⁴ Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. K, p. 145; cfr. ibid. Historica Narratio, p. 115.

¹⁵ Mortier, o. c., VI, p. 45; — cfr. Acta C. G., V, p. 379 sq.

¹⁶ Acta C. G., V, p. 379 ssq.

¹⁷ Acta C. G., V, p. 384.

¹⁸ Tab. Conv. Leopoli, Chartae, X, 439; „Conditiones datae Rmo Generali Magistro ad componendum Provinciam Poloniae cum contrata Russiae Ordinis Praedicatorum.“

4. Patres Rutheni pro hac vice Conventus sibi assignationis eligere possint;
5. capita divisionis in alias Provincias, si placere videbitur, abire possint;
6. dabuntur patentes reunionis et omnia documenta divisionis delebuntur;
7. Poloni fratres eleemosinas in Russia colligere poterunt.

Si vero Contrata Russiae a Provincia Poloniae dividenda esset, hoc modo secundum desideria Polonorum fieri debuit: omnes Conventus exclusive a Leopoli Provinciae Poloniae assignetur usque ad mare Baltheum includendo Voliniam, Palatinatum Belz, Kijoviensem et Vilnensem Lithuaniae; Provincia s. Hyacinthi Russiae habeat omnes Conventus a Leopoli inclusive usque ad Constantinopolim et Mare Euxinum includendo omnes Conventus Podoliae, Russiae, Valachiae maioris et minoris, Transsylvaniae et si placet Rmo Generali 4 Conventus Graeciae. Conditiones tamen Patres Rutheni adimplere debuerunt: praeter ea, quod Provincia Russiae simpliciter, excluso respectu et praetensione ad Societatem Peregrinantium, institui debebat, et iuramentum corporale nomine Provinciae in Capitulo Generali vel in manu Rmi Generalis obligati essent de istis:

1. ne aliquam proditionem Regni vel cum hostibus facerent, sed sint per omnia et perpetuo fideles cum Polonia;
2. ne practicarent in Regno cum Principibus et Senatoribus, praesertim tempore interregni;
3. ne aliquos errores inter illas barbaras gentes praedicent;
4. ne audeant invadere Conventus Poloniae, sed amicitiam conservent;
5. ut promittant se nunquam in aeternum ad divisionem manus apposituros;
6. ut privilegia Conventuum Poloniae restituant;
7. et 8. de apparamentis: ut apparamenta et clenodiae, praesertim ecclesiae Kijoviensis, ecclesiarum reddant;
9. ut expensas quas Provincia Poloniae „iustitiam contra Leopolienses quaerendo“ et Romae et in Polonia fecit, refundant;
10. damna Conventuum in recessu Ruthenorum e Polonia illata restituant;

11. poenas pro excessibus tempore divisionis a Capitulo Generali taxatas luere debent;
12. bonae famae Patrum Provinciae Poloniae satisfacere debent.
13. ne fines suae Provinciae versus Poloniā extendant et fratres utriusque Provinciae ad alteram Provinciam eentes licentias in scriptis Provincialium habeant;
14. ne Provincialis Russiae fratres Poloniae evocare et recipere audeat;
15. Patres Leopolienses incarceratis Patribus Polonis satisfacere tenebuntur.

De his omnibus a Severino propositis nihil aliud dicendum restat, quam quod optime mentem Patrum Polonorum illustrant. Sic etiam maior lux intricatae liti infertur. Capitulum vero Generale ad ista omnia nullum respectum habuit;¹⁹ cum a Papa Clemente Octavo oraculo vivae vocis approbationem omnium eorum, quidquid hac in re determinasset, acceperat, quod litteris Cardinalis S. Georgii, Aldobrandini de die 12. Maii 1599 ad Magistrum Generalem et totum deffinitorium Ordini communicatum erat, neque decreto Cardinalis Bonelli de Provinciae Russiae abolitione obstante — Capitulum Generale Neapoli anno 1600 congregatum erectionem Provinciae Russiae de novo confirmavit.²⁰ Poloni adhuc plus a Capitulo audire debuerunt: declaratum erat:²¹ „— quod predicta divisio potuit fieri auctoritate ordinis a reverendissimo patre generali et predicto capitulo Valentiae celebrato, et non solum convenienter fuit tunc facta praefata divisio, sed modo necessario est sustinenda.“ Nihil innovandum erat, neque quoad Provincias neque quoad Conventus, usque dum P. Commissarius in istas Provincias missus, de omnibus P. Generalem certiorem reddidisset, ut ipse pro sua prudentia de singulis disponeret. Institutio Provincialium pro utraque Provincia P. Generali reservata erat. Poloni vero etiam admoniti:²² „ut se humilient magistro generali ordinis et obe-

¹⁹ Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. K, Historica Narratio, p. 115: „Audit sunt (Poloni), sed propter frivolas rationes causam amiserunt.“

²⁰ Acta C. Gen., V, p. 384.

²¹ Ibidem, l. c.

²² Ibidem, l. c.

dientes in posterum sint.“ Hoc quoque eorum nomine P. Severinus Cracovita in Capitulo promisit. P. Magister Generalis Hippolytus Maria Beccaria, brevissimo post Capitulum tempore elapso, laboribus exhaustus, die 3. Augusti 1600 diem Domini, 51 annum natus, in pace obiit.²³

Post mortem P. Generalis Clemens octavus per Breve die 17. Februarii 1601 Provinciam S. Hyacinthi in Russia totaliter a Provinciali Poloniae independentem declaravit et ipsam de novo confirmavit.²⁴

(Continuatio.)

QUOMODO FORMULA DEFINITIONIS CONCILII FLORENTINI DE POTESTATE PLENA PAPAE PRAEPARATA FUERIT?

P. Georgius Hofmann, S. J.

I.

Prima formula.

10. VI. 1439.

Post concordiam inter latinos et graecos in articulo de processione Spiritus sancti die 8. iunii 1439 habitam Papa Eugenius IV coram deputatis graecis, metropolitis Isidoro Kioviensi, Bessarione Nicaeno, Dorotheo Mitylenensi die 9 iunii declaravit se velle de caeteris con-

²³ Mortier, *Histoire des M. G.*, VI, p. 49.

²⁴ Bullarium O. P., V, p. 576; Albertus Seccovius, *Provincialis Poloniae, praerogativas aliquas sibi supra Provinciam Russiae usurpabat ex eo, quod in litteris Summi Pontificis subreptitie, vel potius obreptitie ceu. — „Provincialis Regni Poloniae“ — confirmatus fuit; quia Provincia Russiae etiam intra fines Regni Poloniae continebatur, exinde eius persuasio de iure se in regimen Provinciae Russiae intromittendi. Quod vero Pontifex per hoc breve explicat et contra Albertum Provincialem Russiae omnino independentem tam in temporalibus quam in spiritualibus a Polonia declarat. — Cfr. Tab. O. P. Gen., Mon, An., lib. K, p. 146; et ibid. *Historica Narratio*, p. 116: „Provincialis per totum Regnum Poloniae et in ducatu Silesiae... Fecit hoc Abrahamus.“ — In terminologia Ordinis semper tantum „Provincia et Provincialis Poloniae“ existit.*

troversiis, inter quas etiam primatum papae¹ „τῆς ἀρχῆς τῆς πρώτης καθέδρας“ nominavit, cum eis tractare. Delegati graeci ei hoc responsum generale de hac quaestione dederunt:² „ὅσα πρὸνόμια εὑρεθῶσι διὰ εἰχεν ἐξ ἀρχῆς καὶ πρὸ τοῦ σχίσματος, ἵνα ἔχῃ πάλιν αὐτὰ quaecumque privilegia ab initio et ante schisma habebat, rursus haec ipsa habeat.“

Die sequenti 10.iunii graeci, qui interim imperatori graeco Ioanni VIII. Palaeologo et synodo graecae relationem de colloquiis cum Summo Pontifice habito fecerant, ad Papam redierunt. Hic schedulam scriptam, quae quattuor articulos continebat, eis tradidit. Primus articulus huius tenoris³ erat:

Πρῶτον, ἵνα δὲ ἀποστολικὸς θρόνος, δὲ καὶ βικάριος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δὲ ἄκρος ἀρχιερεὺς ἔχῃ τὰ προνόμια αὐτοῦ, ἵνα δὲ μακαριώτατος πάπας· καὶ δὲ πρόσεδηκεν ἐν τῷ ἱερῷ συμβόλῳ, ἐξεστιν αὐτῷ προσθεῖναι, καὶ ἔστι δικαιον αὐτοῦ ὡς ἄκρῳ ἀρχιερεῖ.

Id quod graeci terminis generalibus die 9. VI. admiserant, formula Papae in sententiam ampliorem et praecisam mutavit. Graeci locuti fuerant de *privilegiis* Papae ante schisma, Papa reassumpsit hanc phrasim, addiditque exemplum exercitii potestatis papalis, scilicet in symbolo augendo; praeterea id quod graeci concesserant *Papae*, formula nova latina attribuit Papae utpote *Vicario Domini Iesu Christi, Summo Pontifici*, attribuit *Sedi Apostolicae* (exclusa distinctione inter Sedentem et Sedem).

Si formulam Papae cum definitione comparamus, haec statuimus:

FORMULA

δὲ ἀποστολικὸς θρόνος

DEFINITIO

sanctam apositolicam sedem

τὴν ἀγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν

¹ Mansi 31A : 1004D.

² Mansi 31A : 1004D.

³ Mansi 31A : 1005 †.

δ καὶ βικάριος τοῦ κυρίου ἡμῶν et verum Chris- καὶ ἀληθῆ τοπο-
'Ιησοῦ Χριστοῦ ti vicarium τηρητὴν τοῦ
Χριστοῦ

Definitio amplificat adhuc multum formulam primam latinam, et magis ad alteram formulam latinam accedit, de qua mox loquemur. Sententia de symbolo iam in secunda formula separatim a loco de Primatu ponitur.

Deputati graeci nomine *privato* ad formulam primam Papae haec dixerunt:¹

τὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, λέγομεν,
διτι μετὰ τὴν ἐνωσιν δσον ἀναφα- De primatu verso Papae dici-
νῆ δίκαιον ἔχειν, ἔχειν.
μus : post unionem habeat, quid-
quid illi iure debetur.

Concesserunt praeterea latinos necessitate impellente symbolum formula „orthodoxa“ *ex Filio* auxisse.

II.

Altera formula.

inter 13. – 16. VI. 1439,

Synodus graeca post mortem patriarchae Ioseph II. († 10. VI. vespere) die 13. iunii congregata decrevit, ut in quaestione de primatu Papae deliberationes ulteriores cum latinis fierent. Imperator et tres metropolitae interim iam ante diem 16. iunii de altera formula latinorum de primatu Papae certiores facti sunt. Summus Pontifex cum audivisset imperatorem explicationem huius formulae desiderare (Mansi 31A : 1013A), Joanni de Montenigro provinciali O. Pr. mandatum dedit, ut publice de hac quaestione tractaret; hic sermones duos diebus 16. et 20. iunii de primatu Papae coram Papa et synodalibus latinis et graecis habuit.

Formula latina,² inter dies 13. et 16. iunii redacta huius tenoris erat.
Vaticanus latinus 4119: 135^r—136^r.

Item diffinimus sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Ponti-

¹ Mansi 31A : 1012A.

² Andream à S. Cruce, qui hanc formulam nobis tradidit iuxta exemplar manuscriptum primarium, scilicet Vatic. lat. 4119 citamus, quia editio Horatii Giustiniani imperfecta est.

ficem successorem esse Beati Petri verticis apostolorum et verum Christi vicarium et totius ecclesiae caput et omnium christianorum patrem et magistrum existere et in universum orbem tenere primatum, et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis ycumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur.

Renovando insuper etiam ordinem traditum a canonibus ceterorum sanctissimorum patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post Sanctissimum Papam Romanum, tertius vero Alexandrinus, quartus vero Antioch[en]us, et quintus Jerosolimitanus, salvis videlicet privilegiis et iuribus eorum.

III.

Formula Joannis de Montenegro.

16. VI. 1439.

Singula argumenta ab Joanne de Montenegro ex sacra Scriptura, Patribus, conciliis pro primatu Petri allata hic describere non est necessarium, cum unice de origine formulae definitionis tractare intendamus. Huic vero scopo convenit exhibere recensionem formulae¹ de primatu Papae in priore sermone theologi supradicti traditam. Videbimus alteram formulam latinam ab eo aliquantulum mutatam esse probabiliter non proprio marte, sed post consensum deputationis latinae habitum.

FORMULA ALTERA (n. II.)

Item diffinimus sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem successorem eius Beati Petri
verticis apostolorum

FORMULA JOANNIS.

Sic in fine cedulae dicebatur:
Item similiter diffinimus sanctam Sedem Apostolicam et Romanum Pontificem successorem Petri (136^v)
haec verba desunt hic, sed infra voci „Petro“ additur duobus in locis: principe apostolorum

¹ Vatic. l. 4119: 136^v 139^r

et verum Christi vicarium

et totius ecclesiae caput et omnium christianorum patrem et magistrum existere

et in universum orbem tenere primatum

et ipsi in Beato Petro

pascendi, regendi et gubernandi universalem ecclesiam

— — — —

confer supra

confer supra

confer supra

**Sequitur in cedula :
Successorem Petri et vicarium
Jesu Christi (136^v)**

**Sequitur in cedula nostra :
totius ecclesiae caput et omnium christianorum patrem existerre diffinimus, nostrum etiam doctorem (137^r)**

**Cardinalis (Cesarini). Omisisti :
in orbemque omnem tenere primatum (137^v).**

Provincialis : Verum est, et hoc ostenditur

**Sequitur in cedula :
atque in Beato Petro principe apostolorum (137^v)**

**Sequitur in cedula :
atque eidem Sedi et Romano Pontifici in Beato Petro principe apostolorum pascendi, regendi et gubernandi universalem ecclesiam plenariam sibi traditam esse potestatem (138^r)**

Sequitur in particula *pascendi* *convocandi*¹ (138^v)

**Sequitur verbum *regendi* (138^v)
sequitur : ac *gubernandi* (138^v)
sequitur : *plenarium traditam potestatem pascendi et gubernandi* (139^r).**

Principalis differentia recensionis Joannis est vox *convocandi*. Reliquam partem formulae orator non citavit, sed in secundo sermone die 20. iunii² de privilegiis patriarcharum orientalium iuxta sensum formulae latinae locutus est.

¹ Etiam Acta Graeca (Mansi 31 A: 1017 B—D) et Syropulos (X, 3=Creygton 281) hunc terminum supponunt.

² Andreas de S. Cruce diem 20. VI., acta graeca (Praktika) vero 17. VI. indicant.

Compendium formulae a Joanne de Montenigro explicatae
Praktika ita dant:³

καὶ ἐξηγήθησαν πάλιν περὶ τῶν προνομίων αὐτοῦ· διὰ ἐστὶν ἀκρος ἀρχιερεύς, καὶ διὰ διάδοχος τοῦ Πέτρου, καὶ τοποτηρητὴς τοῦ Χριστοῦ, κρίνει τε καὶ ἴθυνει τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὡς διδάσκαλος καὶ ποιμήν.

et rursus disseruere de privilegiis eius (Papae), quod sit Summus Pontifex, Petri successor, Christique vicarius, et iudicet ac regat catholicam ecclesiam tamquam doctor et pastor.

IV.

Formulae graecorum.

21. et 26. VI. 1439.

In synodiis graecis dierum 18., 19., 20. et 21. iunii 1439 deliberatum est in domu imperatoris byzantini de privilegiis ecclesiarum; die ultimo, 21. iunii „privilegia Papae“ admiserunt,¹ excepta potestate concocandi concilium oecumenicum et potestate accipiendo appellationes orientalium contra patriarchas orientales.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸν βίβλους κελεύσας κομισθῆναι, ἡρξάμεθα ἐρευνᾶν τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προνόμια. Παρελθούσης οὖν ἐν τούτοις καὶ τῆς παρασκευῆς, τῷ σαββάτῳ συνήχθημεν πάλιν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ σκεψάμενοι περὶ πάντων οὐδὲν συνεπεράναμεν.

ἀλλὰ τῇ κυριακῇ τῷ πρωῒ ἐγράψαμεν καὶ ἐστέρξαμεν τὰ προνόμια τοῦ πάπα, πλὴν ὅντος τινῶν.

ἴνα μὴ συναθροίζῃ σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀνευ τοῦ βασιλέως καὶ

His imperator auditis iussit afferrilibos, et coepimus perquirere privilegia ecclesiarum. Lapsa igitur circa haec feria quoque sexta, sabbato rursum convenimus in domum imperatoris, et inita consultatione de omnibus nihil conclusimus;

sed die domenico mane scripsimus et admisimus privilegia Papa praeter duo:

ne convocet concilium oecumenicum sine imperatore et pa-

³ Mansi 31 A: 1017 B.

¹ Mansi 31A:1017 B—D.

*τῶν πατριαρχῶν, εἴπερ ἔλθωσιν.
Εἰ δὲ μηνυθῶσι καὶ οὐκ ἔλθωσιν,
ἴνα μὴ διὰ τοῦτο ἀπομείνῃ ἡ σύ-
νοδος.*

*καὶ τὸ δεύτερον, εἴ τις νομίζοι
ἀδικεῖσθαι παρά τινος τῶν πατρι-
αρχῶν, καὶ ἔλθοι δὲ ἐκκαλούμενος
τὴν ἐκκλησιῶν, ἵνα μὴ ἔρχωνται οἱ
πατριάρχαι ἀπαντῶντες καὶ κρινό-
μενοι, ἀλλ’ δὲ πάπας πέμποι ἐξετασ-
τὰς κατὰ χώραν, κακεῖσε παρουσῶν
τῶν ὑποθέσεων τοπικῶς ποιεῖν
τοῖς ἀδικούμενοις τὸ δίκαιον.*

Summus Pontifex de hac decisione synodi graecae per imperatorem certior factus misit ad eum die 22. iunii tres cardinales, ut consensum graecorum de omnibus iuribus Papae, inclusa explique potestate convocandi concilium oecumenicum et potestate appellationes acceptandi, obtineret. (Mansi 31A:1017E).

Imperatoris obstinatum animum de hac declaratione offensum in primis tres metropolitae graeci Isidorus, Bessario, Dorotheus temperaverunt, ita ut etiam ipse simul cum suis post colloquium novum cum Papa et post disputationem deputatorum quaternorum utriusque partis die 25. iunii hanc formulam¹ admitteret.

*Περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, ὁμο-
λογοῦμεν αὐτὸν ἀκρον ἀρχιερέα,
καὶ ἐπίτροπον, καὶ τοποτηρητὴν
καὶ βικάριον τοῦ Χριστοῦ, ποιμένα
τε καὶ διδάσκαλον πάντων χρι-
στιανῶν ἴθινειν τε καὶ κυβερνᾶν
τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ,*

*σωζομένων τῶν προνομίων καὶ
τῶν δικαιών τῶν πατριαρχῶν τῆς
ἀνατολῆς·*

*τὸν Κωνσταντινούπολεως δεύ-
τερον εἶναι μετὰ τὸν πάπαν, εἴτα*

triarchis, si convenient. Quod si certiores facti non veniant, ne propter id synodus frustretur.

Secundum, si quis putet, se ab aliquo patriarcharum pati iniuriam, et veniat qui interposuit appellationem, ne patriarchae ipsi sese sistant iudicandos; sed Papa mittat in provinciam inquisidores, et ibi per eos, negotiis in locopraesentibus, iniuriam passi ius suum obtineant.

De primatu Papae, profitemur ipsum Summum Pontificem, procuratorem, locumtenentem et vicarium Christi (esse), pastorem et doctorem omnium christianorum, regere et gubernare ecclesiam Dei,

salvis privilegiis et iuribus patriarcharum orientis:

Constantinopolitanum quidem secundum esse post Papam;

¹ Mansi 31A:1020 C—D.

τὸν Ἀλεξανδρεῖας, τὸν Ἀντιοχεῖας deinde Alexandrinum, post hunc μετὰ τοῦτον, εἶτα τὸν Ἱεροσολύ- esse Antiochenum, postremo μων. Hierosolymitanum.

Haec ultima formula graecorum cedulam secundam latinam quoad sensum amplexa est, sed in tenore verbali ab hac ex parte differt. Die eodem, 26. VI., vespere, formula graeca Papae missa est. hic libenter eam accepit et acceptavit (Mansi 31A :1020 D).

V.

Cardinalis Cesarini.

27. VI. 1439

Coram Papa et synodalibus latinis Julianus cardinalis Cesarini die 27. iunii 1439 de concordia graecorum cum latinis in articulo de primatu Papae rettulit:

Vaticanus latinus 4119: 151^r – 151^v.

Ultima differentia fuit de primatu, et haec visa est quoad humitatem difficilior, quia libenter subditi a capite deviant, et in rei veritate usque nunc non bene senserunt de potestate Romani Pontificis dicentes, quod erat ut caput quoad unum totum, ut decanus.

Et auditis sacris Scripturis et sacris conciliis visa est veritas, quod, Sedes Apostolica et Romanus Pontifex est successor Petri.

Deinde disponente divina pietate factum est, ut assenserunt (!) graeci secundum cedulam datam per latinos.

Dixerunt demum, quod aliquid deliberaremus de sedibus patriarchalibus, videlicet, quod Constantinopolitana esset secunda etc., prout in constitutionibus conciliorum est decisum, et in concilio Lateranensi, ubi praefuit Alexander (!) tertius, renovavit privilegia sedium patriarchalium.

VI.

Deliberationes deputatorum.

28. VI.—4. VII. 1439.

Deputati latini ex tribus „statibus“ synodaliū latinorum electi cum delegatis graecis per octo dies bis vicibus quotidie de textu bullae unionis deliberabant super basim quinque cedularum iam

prius acceptatarum. Sed ecce novae difficultates ex parte imperatoris byzantini factae sunt:

1. quoad titulum bullae,
2. quoad phrasim „dicta sanctorum“.

Imperator acceptare noluit inscriptionem bullae: *Eugenius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam*. Voluit enim aut nomen Papae reticeri aut addi adhuc phrasim: *consensu Serenissimi imperatoris et patriarchae Constantinopolitani caeterorumque patriarcharum συναινέσει τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ τοῦ πατριαρχού Κωνσταντινούπολεως καὶ τῶν ἑτέρων πατριαρχῶν* (Mansi 31A: 1021C). Huic desiderio Papa satisfecit (Mansi 31A: 1021 E); permisit enim, ut formula apponetur: *consensu Serenissimi imperatoris et patriarcharum συναινέσει τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ τῶν πατριαρχῶν*. Syropulus¹ loquitur etiam de alio consilio imperatoris, a latinis rejecto, ut duae definitiones exararentur, quarum una nomen Papae, altera nomen imperatoris praferret.

Phrasis *dicta sanctorum* δητὰ τῶν ἀγίων, quae imperatori displacebat, non fuit in cedulis praecedentibus recitata, neque Andreas de S. Cruce aliquid de hac habet.² Unice *Praktika* indicant illam formulam, immo adhuc ampliorem:

Διελάμβανε δὲ καὶ περὶ τῶν προνομίων τοῦ πάπα, ἵνα ἔχῃ αὐτά, καθὼς δοξίζεται ἡ θεία γραφὴ καὶ δητὰ τῶν ἀγίων.

Agebat praeterea (tomus unicus) de privilegiis Papae, ut habeant illa iuxta determinationem sacrae Scripturae et dicta sanctorum.

Papa insistebat in formula *dicta sanctorum* retinenda (Mansi 31A: 1021E), sed imperator noluit hanc acceptare, et proposuit additionem phrasis *iuxta tenorem canonum* κατὰ τὴν δύναμιν τῶν κανόνων (Mansi 31A: 1021E).

Cardinalis Cesarini die 30. iunii coram synodo graeca in praesentia aliorum cardinalium et episcoporum latinorum et doctorum iterum proposuit formulam *dicta sanctorum* acceptandam (Mansi

¹ Syropulos X, 2 = Creyghton 280.

² Refert autem Joannem de Montenegro die 20. VI. 1439 in schedula de primatu Papae propugnanda locutum esse de phrasi simili: „epistolas sanctorum; testimonia sanctorum“.

31A:1024D). Imperator consilio facto cum suis, egressis interim latinis ex aula, tandem hanc formulam conclusit:

δτι ἵνα ἔχη ὁ πάπας τὰ προνόμια
αὐτοῦ κατὰ τὸν κανόνας καὶ τὰ
ὅγητά τῶν ἀγίων, καὶ τὴν θείαν
γραφὴν, καὶ τὰ πρακτικὰ τῶν συ-
νόδων.

Hac formula in scriptis accepta cardinales nondum responsum dederunt, sed Summo Pontifici relationem reddiderunt (Mansi 31A : 1024E). Die sequenti, die 1. iulii 1439 ad imperatorem redierunt et dixerunt:

ὁ πατὴρ ὁ ἄγιος ἐδέξατο δύο
γραμμάτια, καὶ ὥρισεν ἡμῖν ἐκλέ-
ξάσθαι ἐν τῷ δύο τῷ ἐν λοιπὸν
ἀναγνωσθήτῳ ὁ τόμος, καὶ ἐξετασ-
θήτω, διπλῶς δοθῆται πράγματι τε-
λεῖα ἀπόφασις.

In quibus punctis differentia inter duas scripturas Summi Pontificis consisteret, non est dictum. Cardinales graecis unum exemplar tomī unionis deliberandum obtulerunt; hi redactione erant contenti. Remanebat adhuc facienda exaratio bullae in forma diptychi, ex una parte in lingua latina cum subscriptionibus Papae et synodalium latinorum et cum sigillo plumbeo Papae, ex altera parte cum subscriptionibus imperatoris et synodalium graecorum et cum sigillo aureo imperatoris. Additio vocis *omnibus* in phrasi *salvis privilegiis* (patriarcharum) ab aliquo scriptore per errorem facta ultimam difficultatem procuravit; post protestationem latini tandem vocem *omnibus* admiserunt. Die quarto iulii 1439 deputati latini et graeci redactionē bullae unionis approbaverunt; vespere eiusdem diei coram Papa et synodalibus latinis per magistrum Thomam de Sargana (Papam futurum Nicolaum V) bullā recitata est, die sequenti a Papa et synodalibus latinis et graecis subscripta. Summi Pontificis subscriptio cum stemmate (rota) apposita erat haec: *Ego Eugenius catholicae ecclesiae episcopus ita diffiniens subscripsi*. In ecclesia cathedrali Florentina die 6. iulii 1439 post Missam Papalem bullā unionis est promulgata.

habenda esse a Papa sua pri-
vilegia iuxta canones et dicta
sanctorum, sacramque Scriptu-
ram, et acta synodorum.

Pater Sanctus duas accepit
scripturas iussitque nos de dua-
bus alteram eligere. Legatur ergo
tomus, examineturque, ut res ad
finem perducatur.

VII.

Textus definitivus.

6. VI. 1439.

Item¹ diffinimus sanctam apostolicam sedem et romanum pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum pontificem romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum et verum Christi vicarium totiusque ecclesiae caput, et omnium christianorum patrem et docetorem ecclesiae; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem ecclesiam a domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis ycumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur.

Renovantes insuper ordinem traditum in canonibus caeterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, et quintus Hierosolymitanus, salvis videlicet privilegiis omnibus et iuribus eorum.

"Ετι δρίζομεν τὴν ἀγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν καὶ τὸν Ὄρωμαικὸν ἀρχιερέα εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ πρωτεῖον κατέχειν, αὐτόν τε τὸν Ὄρωμαικὸν ἀρχιερέα διάδοχον εἶναι τοῦ μακαρίου Πέτρου, τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, καὶ ἀληθῆ τοποτηρητὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας κεφαλήν, καὶ πάντων τῶν χριστιανῶν πατέρα καὶ διδάσκαλον ὑπάρχειν, καὶ αὐτῷ ἐν τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ τοῦ ποιμαίνειν καὶ διαθύνειν καὶ κυβερνᾶν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πλήρη ἔξουσίαν παραδεδόσθαι καθ' ὅν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι διαλαμβάνεται.

"Ανανεοῦντες ἔτι καὶ τὴν ἐν τοῖς κανόσι παραδεδομένην τάξιν τῶν λοιπῶν σεβασμίων πατριαρχῶν, ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην δεύτερον εἶναι μετὰ τὸν ἀγιώτατον πάπαν τῆς Ὅρωμης, τρίτον δὲ τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας, τέταρτον δὲ τὸν τῆς Ἀντιοχείας, καὶ πέμπτον τὸν τῶν Ἱεροσολύμων σωζομένων δηλαδὴ καὶ τῶν προνομίων ἀπάντων καὶ δικαίων αὐτῶν.

¹ G. Hofmann, *Documenta concilii Florentini*, I., in *Textus et documenta, series theologica* 18 (Romae 1935) 16—7.

VARIA

QUINTA HEBDOMADA PRO ORIENTE CHRISTIANO FLORENTIAE 27. APRILIS — 1. MAII 1938.

Uti iam in AAV. indicatum est, Associatio catholica italiana pro Oriente Christiano quintam adunationem e tota Italia habuit simulque quintum centenarium oecumenici concilii florentini commemorabatur. Scopus non tam scientificus fuit — etiamsi doctissimas elucubrationes prof. P. Gordillo et cl. P. Salaville pronuntiavissent — sed potius omnis populus in motionem unionisticam includi debuit et participationem activam ex his sermonibus orationibusque arripare debuit. Omnes labores constituti sunt sub tutela Beatae Mariae Virginis, quae est Mater communis omnium christianorum, et Doctoris orientalis s. Ioannis Chrysostomi, cuius caput per saecula Florentia devotissime asservat.

Inauguratio hebdomadae pro Oriente christiano in Badia Florentina die 27. Aprilis vespere sub praeside Em. card. Luigi Lavitrano, archiep. e Palermo et Elia card. Dalla Costa, ordinario loci, locum habuit. Praeses executivus fuit S. E. Marcellus Mimmi, metropolita e Bari, vicepraeses pro Or. christiano. Praeter hos decem episcopi Italiae, multi religiosi, e clero saeculari, tum docti viri, reprezentantes universitatis, tum officiales civiles et militares sessionibus aderant; praesertim reprezentatio S. M. reginae imperatricis (quae ante suum matrimonium pravoslava erat).

Post graecam salutationem cantatam invocatio Spiritus s. sequitur. Em. card. Dalla Costa ex ambone discursum initialem pronuntiat. Celebris fuit dies 6. Julii 1439, dies proclamationis decreti unionis inter Latinos et Graecos in cathedrali Florentiae, ubi lapis marmorea adhuc eventum hoc recordatur. Laborem factum Florentiae in concilio oecumenico commemorat cum alliis tendentiis Ecclesiae romanae, ut filium separatum ad centrum unitatis, Romam attrahat. Oratio assidua et studium fervens cum apostolatu pro Oriente adducent nos ad unitatem. Veritas inculcari semper debet, sed secundum illud apostoli Pauli: „Veritatem in caritate facientes.“ — Benedictio eucharistica cum litaniis conclusit inaugurationem.

Die 28. Aprilis solemnis liturgia in basilica S. Maria Novella per-

soluta est. Haec basilica cum conventu Patrum O. P. ante 500 annos hospitem papam Eugenium IV. habuit, ibique maior pars sessionum concilii persoluta est, in hac ecclesia quiescit etiam patriarcha Constantinopolitanus Joseph II., qui durante concilio die 10. VI. 1439 mortuus est, fidelis Ecclesiae romanae catholicae. Sepulcrum autem eius haec verba portat:

Ecclesiae antistes fueram qui magus eoae : hic iaceo magnus religione Joseph : hoc unum optabam miro inflammatus amore : unus ut Europae cultus ut una fides : Italiam petii foedus percussimus unum : iuncta romanae est me duce gratia fides : nec mora decubui nunc me Florentia servat: qua tunc concilium floruit urbe sacrum: felix qui tanto donarer munere vivens: qui morerer voti compos et ipse mei:

† ΙΩΣΗΦ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΠΟΛΕΩΣ
ΝΕΑC ΡΩΜΗC ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟC ΠΡΙΑΡΧΑ

Pontificale in ritu graeco byzantino coram iconostasi provisorie sed optime praeparato concelebravit S. E. Perniciaro cum episcopo russo Mons. Jevreinov et aliis sacerdotibus graecis. Populus omnes actiones, benedictiones cum cruce et cereis, processionem cum evangelio et donis ad offertorium cum vivissima attentione et devotione splendidum et characteristicum cultum prosequitur, in quo suggestiva et imperialis solemnitas tam grata Orienti effulget.

Post meridiem visitaverunt participantes hebdomadae bibliothecam Laurenzianam, ubi thesauri preciosissimi, textus bullarum unionis, textus latinus, graecus, paleoslavus, armenus, coptus et arabus cum multis subscriptionibus conservantur. Expositionem et explicationem dedit director bibliothecae Dr. Lodi.

Postea in Badia prima sessio studiorum per metropolitam Mimmi aperta est. Adumbravit psychologicum momentum huius hebdomadae per tria verba: dolor, amor, fiducia. Dolore nos implet divisio inter populos, sed magis adhuc divisio inter christianos iam in antiquis temporibus dolore nos afficit. Hodie tamen Orientem cum Occidente in amore coniungit eadem tristitia. Sicut Dominus noster passus est, ita Occidens nunc in Messico, Hispania, Germania patitur; Oriens in Russia. Fiducia: Cadunt reges, imperia, troni et novi insurgunt, sed unus Dominus semper manet. Sicut ante adventum Domini tristis erat positio generis humani, sic nunc omnes pugnas

contra christianos concentrationem virium, ad unitatem omnes duc-
turas esse sperare possumus.

Canonicus Sanesi de rebus gestis tempore concilii florentini lo-
quitur. Propter causas oeconomicas, parvam securitatem et hostes
armatos vicinos concilium e Ferrara Florentiam translatum est, quae
revera omnia necessaria, quae alibi impossibilia essent, praebebat.
Florentiae spiritus humanisticus supra basim culturae graecae elab-
oratus maxime resplenduit, tum totus populus amicabiliter dispo-
situs erga Graecos fuit; propterea Graeci cum imperatore Ioanne
VII. Palaeologo tanto cum splendore recepti sunt .. Tractationes
inter Graecos et papam protrahebantur usque die 6. VII. 1439 lecta
est bulla unionis: Laetentur coeli, a card. Cesarini latina lingua, grae-
ca a card. Bessarione. Graeci et Latini invicem osculum pacis sibi de-
derunt. Hoc eventum maximi momenti in historia christiana triumphus
fuit unitatis et caritatis in uno ovili Jesu Christi. Indulgentia plenaria
omnibus qui visitaverint ecclesiam catedralem hoc die concessa est et
dies dedicationis ecclesiae e 25. III. in hunc diem transferri debuit
iuxta decretum papae (quod tamen non est factum).

Vicepreses Pontif. Institut. Orient. st. Romae P. M. Gordillo S. J.
e parte dogmatica oecumenicum concilium Florentinum doctissime
illustravit. Tunc temporis ecclesia s. Spiritus sicut symbolum even-
tuum concilii de processione Spiritus s. aedificata est. Florentiae
universalitas totius ecclesiae apparuit cum omnes fere christiani
convenerunt sicut epitaphium Eugenii IV. dicit. Disputationes de
primatu, epiclesi, azymo, purgatorio aliaeque non super thomismo,
scotismo vel aliis systematibus theologicis elaboratae, sed commu-
nes radices fidei tantum accentaverunt. Summa theologica s. Tho-
mae Aquinatis et De fide orthodoxa s. Ioannis Damasceni ut duo
flumina paralela consideratae sunt in concordia; et unam doctrinam
effici possunt. Saepe dissensiones circa praeiudicia, expressiones
versantur, dum fides fere eadem sit tum in Occidente tum in Ori-
ente. Spiritus irenicus, spiritus conciliationis semper adsit ut in con-
cilio Florentino! Nec Photius nec alii damnati sunt, sed Latini suum
Filioque, Graeci suum per Filium adhibere possunt. Suadente Isidoro
e Kijev nec mentio fit de epiclesi, nec Graeci Filioque in Credo adde-
re debent, dummodo rectam doctrinam teneant. Maior usus patristi-
cae traditionis iudicium de fratribus separatis pandat viam unioni!

Pravoslavus archimandrita Ilkić ex Jugoslavia mittit comitatui epistolam, quae legitur et magno cum aplausu a publico approbatur.

Hora 18. episcopus Stan. Battistelli in cathedrali ecclesia mirabili in luce posuit magnam figuram s. Ioannis Chrysostomi, Doctoris Ecclesiae orientalis, defensorem assiduum Ecclesiae, insignem predicatorem, invincibilem a difficultatibus et impugnationibus inimicorum; ille semper iura Dei defendit, propterea persecutionem et exsilio passus est.

Hora 21. Mons. A. Sipiaghin relationem habuit de iconographia mariana orientali, imprimis Byzantii et in Russia. Vivissimo cum entusiasmo ei proprio loquitur et projectionibus oculis artem sacram demonstrat. Circa 240 variae iconae in Oriente venerabantur, quae maxime post iconoclasnum saeculo 8. originem monasticam habent. Totus Oriens iconas e Russia habet, praesertim Bulgaria et Serbia. Monachi e Mosca artem hanc Byzantii docebant, quod usque ad ultima decenia fuit.

Die 29. Aprilis sacerdotes collegii aethiopici e Casamari et Roma liturgiam in ritu aethiopico, indoli huius nationi respondentи celebrant. Sequitur liturgia byzantina sicut die praecedenti, linqua tamen palaeoslava concelebrantibus episcopis Jevreinov, Czarnecki et sacerdotibus tum russis tum rutenis (ukrainis) et canente choro tum collegii russici tum ukraini s. Josafat.

Post meridiem sacerdotes ex Italia adscripti in „Unione sacerdotalе per l'Oriente Christiano“ convenerunt. Per multos annos iam diffusa est similis associatio in Jugoslavia et Čechoslovacchia sub nomine : Apostolatus unitatis.

Don Paolo Pappalardo e Congr. Orient. historice circumstantias concilii Florentini pertractat magnasque personas eiusdem in lucem profert. Sermo est etiam de imminentि periculo turco, quod magis Graecos Latinis apropinquat dicitque ad unionem, in qua praeter religiosum momentum etiam respectus interfuit. Nominato papa Eugenio IV., imperatore Palaeologo orator card. Julianum Cesarini commemorat, qui sua intelligentia et sanctitate vitae habilis evasit, ut intermediarius in tractationibus difficilioribus inter Latinos et Graecos esset. Orientales eminentes card. Bessarion et Isidor e Kijev in Russia possidebant, homines unioni deditos, qui multum laboraverunt et perpessi sunt pro unione.

P. Salaville, A. A., optime meritus labore in campo unionistico, thema habuit: Armeni, Copti, Syri, Aethiopes in concilio Florentino. Utique maxima pars unioni Graecorum tunc temporis data est, vel melius populis ritus byzantini (Graeci, Russi, Serbi, Rumaeni, Bulgari, Melchitae) sed etiam ceteri christiani ex Oriente partes haberunt Florentiae. Non quidem omnes delegationes officiales miserunt nec omnes uniones Florentiae subscriptae sunt, tamen tractationes ibi aderant et in omnibus subsequentibus bullis „Laetentur coeli“ Graecorum inclusa est. Breviter: Decretum unionis Armenorum proclamatum est Florentiae 22. Novembris 1439. Bulla unionis Coptorum 4. Febr. 1442. Bulla unionis Syrorum iam Romae 30. Sept. 1444. Bulla unionis Chaldeorum Maronitarumque Cypri 7. Aug. 1445. Ita bonus effectus laborum papae Eugenii saltem ad tempus effulsit. Tunc etiam sincerum desiderium unionis universalis apud omnes et agnitus primatus romani Pontificis et infallibilis cethedrae Petri clare apparuit.

Hora 18. S. E. Sismondi contionem de cultu B. Mariae Virginis in Oriente pronuntiat sub tribus punctis. 1. Forma cultus liturgici (s. missa, hymni, antiphonae). 2. Cultus popularis collectivus, Byzantii et in Russia. 3. Cultus nationalis, familiaris et individualis. — Finis diei per concertum vocalem coronatur. In antiquo refectorio Santa Croce cantus tum liturgici tum nationales a collegiis: russo, armeno, ruteno, aethiopico, rumeno magna cum emphasi cantati a publico magno cum applausu accepti sunt.

Die 30. Apr. liturgia in ritu rumeno byzantino et postea armeno celebrata est multo populo adstante, qui prima vice talem pulchritudinem rituum Ecclesiae catholicae admirabatur.

Hora 16. Inn. Taurisano O. P.: Oriens christianus et Dominicanus. Simul cum ordine Franciscanorum orator historice activitatem amborum delineat mediaque quibus usi sunt in pugna spirituali affert. Pugna difficilis fuit, quia cultura byzantina et araba admodum evoluta resistantiam ponebat omni influxui Occidentis. Transit ad concilium Florentinum quando O. P. in suo conventu sessionem permisit, papam hospitem habuit, scientifice Summa s. Thomae etiam non parum admirabatur.

Don Aristide Brunello pro hodierno motu pro Oriente christiano cum simplicitate simulque cum entusiasmo corda omnium inflam-

mat. Quod ante 500 annos factum est, hoc semper repeti potest. Qui reditus Orient. ad unitatem resonantiam postea habet et movimentum pro Oriente christ. inde suum impulsu sub ductu Romanorum Pontificum haurit. Commemorat 4 hebdomadas prius in Italia habitas insinuatque vias pro labore unionistico-invicem se cognoscere, intelligere, amare et coadunare. Necessarii sunt sermones, bonum exemplum et oratio: per partes explicat et affectum excitat ad laborandum cum laetitia, ut unum ovile cum uno Pastore sit.

Card. Lavitrano gratias agit omnibus pro magno interesse in solemnibus liturgiis tum in sessionibus, laudat successum et incitamentum pro futuro nunc datum. Ne haec hebdomada sterilis academia remaneat, sed in opera concreta induatur! Videntur Orientales longe distantes, nos saltem cor et orationem praestamus. Sperandum magis in opus divinae Providentiae, nam Deus e malo permisso maius bonum evocare potest: post negativam experientiam harum ecclesiarum sub tyrannide bolševismi sentient salutem tantum in unica fide, in reditu ad Romam.

Annuntiatur: Proxima hebdomada pro Oriente christiano Genovae anno 1940 locum habebit.

Contionem vespere de Eucharistia et unitate Ecclesiae pronuntiavit episcopus Giorgis exeundo a locis s. Scripturae: una mens omnium christianorum erat circa unam mensam caritatis, mensam eucharisticam . . .

Die 1. Maii post missam pontificalem ab Em. Dalla Costa celebratam processio magnifica cum reliquiis i. e. capite s. Ioannis Chrysostomi ab ecclesia cathedrali in basilicam S. Maria Novella instituta est, et ita 5. conventus pro Oriente christiano Florentiae concluditur.

Dr. Joseph Luska.

CULTUS SANCTI DEMETRII IN TERRIS BOHEMICIS

Ivanov slavista in diario „Zora“ de auctore canonis sancti Demetrii digna, quibus advertentia praebeatur, protulit. Demetrius patronus fuit Thessalonicae. Proinde st. Methodius, ut antiqua legenda slavorum fert, cum tempore suae inter Moravienses missionis versionem antiquo-slavicam S. Scripturae ad fiuem perduxisset, memoriam st. patroni patriae suaue recoluit. Cui relationi innixus iam

saeculo praeterito slavista Pogodin putabat canones slavicis i. e. cantus ecclesiasticos in honorem sanctorum iam tempore st. Methodii componi coeptos esse. Ivanov canonem Demetrii revera opus aliquius st. fratrum esse novis manuscriptis confisus statuit. Quisnam eorum auctor fuerit, decidere tamen non audet. Ivanov opinioni inclinat huius canonis auctorem st. Methodium potius quam st. Cyrilum fuise et quidem ideo quia canon hicce in prosa scriptus est, quo a similibus st. Cyrilli compositionibus prorsus distinguitur. Quo canone cultus st.-i Demetrii etiam in Bohemiam et Moraviam translatus est. Cuius rei testimonio inservit Martyrologium claustrum Benedictinorum in Raihrad saeculo nono, ubi inter alia etiam conspectus invenitur sanctorum qui in provincia Bohemica eccl. circa saec. 11. specialiter colebantur. Quos inter st. Demetrius quoque legitur. Nomen hoc etiam inter monachos slavicis claustrum Sasaviensis in Bohemia occurrit. Item in documentis Bohemicis ex saeculis 12. et 13. pariter invenitur, ubi hae formae reperiuntur: Dimitr, Dmitr, Dimitrovic, Dmitrovic.

Dr. Neumann.

RECENSIONES

A. M. Ammann, S. J. Einige Bemerkungen zur Geschichte des Konzils von Florenz in Russland.

In einer eben herausgekommenen, vor allem auf den gedruckten Quellenwerken des Ostens und des Westens aufgebauten Studie¹ verfolgt A. Ziegler die kirchenpolitische Vorgeschichte des Konzils von Florenz sowie die Nachwirkungen desselben, soweit sie Russland betreffen, bis etwa 1501. Er zeichnet zuerst den politischen Hintergrund, vor dem sich die kirchenpolitischen Ereignisse abspielen. Dann wendet er sich einer eingehenden Darstellung des Lebenslaufes und des Charakterbildes des Hauptträgers der Union in den russischen Ländern, des ehemaligen Igumenen und nachmaligen Metropoliten, Kardinals und päpstlichen Legaten Isidor zu. Die nächsten Kapitel dieses Abschnittes zeigen die Durchführung der Union nach dem Florentiner Konzil, deren Vereitelung im Moskau und ihre ersten Geschicke da-selbst bis zur offiziellen Anerkennung des 1448 von den Russen ohne Byzanz gegen Isidor zum Metropoliten gewählten Bischofs Jonas von Rjasan durch den polnischen König Kasimir im Jahre 1451. In den beiden folgenden Abschnitten werden wir kurz bekannt gemacht mit

¹ A. Ziegler, Die Union des Konzils von Florenz in der russischen Kirche, in: Das östliche Christentum, Heft 4/5, Würzburg 1938, S. 159.

der Tätigkeit der unierten Metropoliten Gregor II., Misail Drucki und Joseph Bulgarynowitsch. Mit betonter Zuneigung zu dem Kardinal-Metropoliten Isidor und deutlich sichtbarer Verurteilung seines russischen Gegenspielers Jonas stellt der Herausgeber in eindringlicher, klarer Weise die Abfolge der äusseren Ereignisse dar.

Beim Lesen des Buches sind mir einige Gedanken aufgestiegen, die ich hier anführen möchte. Es scheint, dass der Verfasser bei der Schilderung des Konstanzer und des Basler Konzils die Einwirkungen, die vom deutschen Ritterorden auf die Unionsverhandlungen ausgeübt wurden zu gering wertet. Wie der deutsche Orden in Konstanz die von Witold, im Gegensatz zum Orden eingeleitete Union aus Gründen der Selbsterhaltung bekämpfte, so versuchte er in Basel und bei Eugen IV. durch die für Swidrigail geführten Unionsverhandlungen Jagello und nachher den Polen das Wasser abzugraben. Gregor Zamblak mag aus religiösen Gründen für die Union eingenommen gewesen sein — die Kräfte aber, in deren Feld er stand, waren politische.

Ich glaube auch nicht, dass der polnische König Kasimir 1451 auf weitere Ausdehnung seines russisch-litauischen Staates nach Osten verzichtet hat. Die ganze Art, wie er in den sechziger Jahren Gregor II. als kirchenpolitisches Werkzeug bei dem Kampfe um Nowgorod gebrauchte, zeugen vom Gegenteil. Es würde ferner die Mühe lohnen, wenn jemand, die Angelegenheit der beiden von Ziegler erwähnten Briefe, die sich um den Metropoliten Misael drehen, sowie des ganz ähnlichen des ehemaligen Bischofes von Smolensk und nachmaligen Metropoliten von Kiew: Joseph Bulgarynowitsch eingehender untersuchen wollte. Bei K. Neostruev — H. Popov, Opisanie slavjanskich rukopisej Moskovskoj sinodalnoj biblioteki, Teil II, 3 Moskau 1862, p. 305 ist ein Schreiben verzeichnet, das dem Briefe Misails aus Wilna sehr ähnlich ist. Diese Tatsache gibt manche Rätsel auf. Ebenso lassen die vorhandenen Unterschriften es zu, einige Schlüsse auf die litauischen Parteiungen jener Zeit zu ziehen.

Es möchte mir scheinen, dass man die Union von Florenz in Russland weder im Jahre 1451 mit der Anerkennung des Jonas noch rund 1501 mit dem Verschwinden des Metropoliten Joseph zu Ende gehen lassen kann. Das Privileg des polnisch-ungarischen Königs Ladislaus III., gegeben in Budapest am 22. März 1443, das der Kardinal-Metropolit Isidor sicher mitveranlasst hat, — ist doch seine Anwesenheit in Budapest für den 23. März 1443 bezeugt (G. Mercati, Scritti d'Isidoro, il cardinale Ruteno, in: Studi e Testi 46, p. 160) — ist ununterbrochen bis weit in die Zeit der Union von Brest hinein die Grundlage für alle Privilegien geblieben, welche die polnischen Könige jeweils den Unierten erteilten. Andererseits ist ohne weiters zuzugeben, dass das Todesjahr des genannten Metropoliten Joseph ein sehr geeigneter Zeitpunkt ist, um einen Abschnitt in einer Gesamtdarstellung zu machen.

Solche Darlegungen, wie die eben gemachten, können den Wert des genannten Buches des Münchener Gelehrten nicht beeinträchtigen; sie wollen nur dazu dienen, die geschichtlichen Tatsachen in vollerem Lichte hervortreten zu lassen.

Da Ziegler sich vor allem bei den äusseren Ereignissen der Kirchengeschichte aufhält und die Geisteshaltung der orthodoxen russischen Christenheit nicht in gleichem Masse zur Darstellung bringt, möchte ich einiges von dem, was mir in dieser Hinsicht zuhanden gekommen ist, hier mitteilen. Es betrifft die Verurteilung des Florentinerkonzils, insofern es gerade als das „achte“ in der Reihenfolge der grossen allgemeinkirchlichen Konzilien angesehen wird. Auch Ziegler erwähnt die Schrift: „Erzählung des Susdaler Priestermonches Simeon, wie der römische Papst Eugen mit seinen Gleichgesinnten das achte Konzil abhielt,“ die vor 1458 in Nowgorod verfasst wurde.

In der damaligen Zeit waren in Russland die beiden photianischen Synoden des neunten Jahrhunderts ganz vergessen und man stützte sich auf ein nicht vorhandenes kirchenrechtliches Fundament, wenn man behauptete, dass nach dem VII. allgemeinen Konzil, dem zweiten von Nicäa, 787, kein weiteres Konzil mehr möglich und erlaubt sei. Dieselben Gedankengänge macht sich auch der Metropolit Jonas zu eigen, wenn er rd. 1458/59 an die litauischen Bischöfe gegen den unierten Metropoliten Gregor schreibt, und darin vom Florentiner Konzil als „von dem verfluchten und gotteslästerlichen achten Konzil“ spricht.¹

Noch hundert Jahre später schreibt der später abgefallene russische Mönch aus dem Transwolgagebiet Theodor Kosoj in seiner Polemik gegen Josif von Wolokalamsk und dessen Prosvjetitel (Erleuchter), „es sei durch das siebte Konzil verboten worden, neue Bücher zu schreiben“. Dieser Angriff schien der damaligen Zeit so bedeutsam, dass der Mönch Zenobius Ostenski in seiner: „Darlegung der Wahrheit“ darauf antwortete und in langen Ausführungen darlegte, wie nicht das zweite, sondern das erste Konzil von Nicäa verbiete zum Glaubensbekenntnis einen (sinnändernden) Zusatz zu machen, wie aber keine Rede darin sei davon, dass man nach dem siebten Konzil keine neuen Bücher mehr schreiben dürfe.²

Offenbar gab es also in Russland eine freilich fast unglaublich zurückgebliebene Geistesströmung, welche auch aus kirchenrechtlichen, allerdings nur vom Hörensagen bekannten Gründen jede weitere Glaubensfestsetzung, etwa gar auf einem Konzil, verdammte.

Neben diesen pseudodogmatischen Gegnern eines achten Konzils gab es auch solche, die aus mehr allgemeinen religiösen Gründen ein solches ablehnten. Für sie war die Zahl sieben eine durch die heils-

¹ Russkaja Istoricheskaja Biblijoteka, Bd. VI, Sp. 622 Z. 10—13.

² V. Malinin, Starec Eleazarova monastyrja Filofej... Kiew 1901, p. 137 und Anm. 439.

geschichtlichen Tatsachen so sehr festgelegte Zahl z. B. durch die sieben Weltalter, die 7 Sakramente, die 7 Säulen der Weisheit, die 7 Wochentage, dass ihnen auch nur sieben Konzilien denkbar erschienen und ein achtes eine eigentlich mehr lebendig erfühlte als verstandesmässig erwiesene Unmöglichkeit war.

So schreibt um das Jahr 1491, also kurz vor dem für das Jahr 1492, als dem nach griechischer Zählung letzten Jahre des siebten und letzten Jahrtausend der Welt, der Mönch Philipp Petrow aus Piskow an den Erzbischof Gennadius von Novgorod über eine Disputation mit lateinischen Mönchen.¹ Darin erwähnt er in *einem* Atemzug die 7 Säulen der Weisheit aus dem ersten Vers des 9. Kapitels des Buches der Sprichwörter, welcher lautet: „Die Weisheit erbaute sich ein Haus, sie errichtete darin sieben Säulen,“ die sieben Weltalter, deren letztes eben zu Ende ging, und die sieben Konzilien. Ein achtes Konzil war somit, ebenso wie ein achtes Jahrtausend, ein undenkbares Unding. Florenz war so recht eigentlich eine Unmöglichkeit.


Eine genauere Durchforschung der polemischen Mönchsschriften würde sicherlich noch manche derartige Belege ans Licht bringen.

Als dieses Weltende nun nicht eintrat, fiel natürlich *eine* Begründung für die Unmöglichkeit eines achten Konzils fort. Aber der Einwand aus dem Buche der Sprichwörter behielt seine volle Geltung. Und sobald die Florentiner Union gegen das Ende des XVI. Jahrhunderts in Polen aus ihrem todesähnlichen Schlaf wieder zu erwachen begann, griff die byzantino-slawische Polemik gegen dieselbe wieder auf die klassische Stelle über die Weisheit, die Sophia, aus dem Buche der Sprichwörter zurück. Dieselbe veränderte dabei ihren Sinn. War sie früher exegetisch, später aszetisch aufgefasst und erklärt worden, wobei das Hauptgewicht vor allem auf ihrer ersten Hälfte lag, so wird sie jetzt — ohne ihren ersten Inhalt zu verlieren — auch polemisch variiert. Dabei liegt der Ton auf ihrer zweiten Hälfte: „(Die Weisheit) errichtete sich (in ihrem Hause) *sieben* Säulen.“ Es gibt aus der Zeit von etwa 1580 — also nach der Veröffentlichung der ersten Auflage des klassischen von P. Skarga verfassten Buches zur Kirchenunion — eine Schrift aus dem Kloster Suprasl im heutigen Ostpolen, dem später heftige Gegner der Union entstammten, in der klar behauptet wird: wie es *nur* sieben Säulen im Tempel der Weisheit gebe, so könne es auch nur sieben Konzilien geben — also sei Florenz mit seiner Union ein Unding gewesen ebenso früher, wie auch für die Zeit des Schreibers.²

Dieselbe Seite der Polemik greift auch der bekannte „unbekannte Kleriker“ von Ostrog im Jahre 1598 auf, wenn er seiner eigenen Ant-

¹ Akty istoričeskie, Bd. 1, U. 286 p. 522/23.

² Čteniza 1879; Jan.—März: A. Popov, Oblicitelnyja spisanija protiv židov i latinjam p. 39.



BILDHAFTE AUSDEUTUNG VON PROV. 9, 1 — VGL. S. 160.

wort an Bischof Hypatius Pociej eine damals im Umlauf befindliche Geschichte über das „Trennungskonzil von Florenz“ hinzufügt, zu deren Beginn der Vers aus dem 9. Kapitel des Buches der Sprichwörter auf die Ostkirche angewandt wird. Das Haus ist ihm die Ostkirche; die sieben Säulen sind die sieben im Osten abgehaltenen allgemeinen Konzilien.¹ Eine achte Säule gibt es nicht. Ob Fürst Kurbski schon zwei bis drei Jahrzehnte früher in seinen ganz ähnlichen Ausführungen gegen die Union sich desselben Arguments bedient hatte, kann ich leider nicht feststellen. Diese Schrift schien dem wackeren Vorkämpfer der Union, Bischof Pociej wichtig genug, um eigens darauf zu antworten. In seiner Antwort auf den Brief des Ostroger Klerikers vom gleichen Jahre 1598 schreibt er, dass er eine eigene Antwort auf die Abhandlung über das Florentinerkonzil vorbereite. Eine solche erschien unter dem Titel: *Defensio Synodi Florentinae* und dem Namen des Rektors des ruthenischen Kollegs in Wilna, Peter Feodorowicz im Jahre 1603 in Wilna. Leider ist mir dieselbe in Rom nicht zugänglich. Ein Exemplar derselben liegt in Lemberg im Museum Ossolinski. Im Jahre 1609 veröffentlichte dann C. Pajetkowski in Krakau eine Schrift: *Sacrosanctum Concilium Florentinum*. Vielleicht nimmt auch er darin zu dem uns beschäftigenden Einwand Stellung.²

Die Anschauung, dass ein achtes Konzil gar nicht in Betracht komme, enthält auch eine allerdings sehr krasse Erklärung des bekannten Nowgoroder Sophien-Engel-bildnisses, — es wird auf die damalige russische Zarin Sophia (1682—89) gedeutet, — welche der Priester-mönch des Novo-spasski Klosters in Moskau und nachmalige Metropolit von Tobolsk Ignatius gibt. Er sagt darin bei der Erklärung der sieben Säulen des Hauses der Sophia: Diese bedeuten, dass der Zarenthron unverrückbar auf den sieben allgemeinen Konzilien stehe.³

Von der Erklärung der späteren byzantinischen Fachtheologie, dass ein achtes Konzil auch deshalb undenkbar sei, weil durch die sieben ersten Konzilien schon die ganze Lehre über den Gottessohn abgeschlossen worden sei, habe ich in den früheren russischen Quellen bis jetzt nichts gefunden.

Die eben dargestellte Anschauung, welche ein achtes Konzil auf Grund einer Bibelstelle ausschliesst, findet sich auch in den späteren bildlichen Darstellungen des entsprechenden 1. Verses aus dem 9. Kapitel des Buches der Sprichwörter ausgedrückt. Sie ergibt sich allerdings erst aus der Vergleichung der bildlichen mit der schriftlichen Überlieferung.

In Jaroslaw ist z. B. sowohl in der Kirche des hl. Johannes des

¹ Russkaja Istoriceskaja Bibl., Bd. XIX Sp. 433—476.

² A. Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, Bd. V, S. 101.

³ Christianskoe Čtenie 1891, Jan.—Febr., S. 525.

Vorläufers,¹ wie in jener des hl. Johannes Chrysostomus² je eine fast identische bildhafte Ausdeutung dieses Verses dargestellt. Oben im Bilde sieht man Gott Vater, unter ihm die Taube — den hl. Geist, — der seine sieben Gaben ausstrahlt und sich auf Maria, das Haus der Weisheit herabsenkt. Sie selbst sitzt auf einem Throne, der auf dem Dache eines offenen Tempels ruht, das sieben Säulen stützen. Die mittlerste davon ist als ein Kreuz gebildet, an dem Christus hängt. An jeder der sieben Säulen hängen zwei Tafeln. Die eine davon enthält den Namen eines der sieben Sakramente, die zweite die Inschrift: erstes Konzil, zweites Konzil u. s. f. Man sieht also, dass nach dieser Darstellung ein achtes Konzil eine heilsgeschichtliche Unmöglichkeit ist. Umgeben wird diese senkrechte Mittellinie rechts und links von den Chören aller Engel und Heiligen, während ganz unten vor dem Fusse des Kreuzes Salomon seinen Vers aus einem grossen Buche liest.

Eine ganz ähnliche Darstellung findet sich in der Kreuzerhöhungskirche des Georgsklosters bei Gross-nowgorod³ sowie am zweiten linken Pfeiler der Sophienkirche daselbst. Alle diese Bilder stammen nach N. Pokrovski aus dem XVI.—XVIII. Jahrhundert.

Man sieht aus diesen wenigen Bemerkungen, dass die Union von Florenz in Gross- und Westrussland nicht nur mit äusseren Machtmitteln, sondern auch mit religiösen, freilich irrigen Gedankengängen bekämpft wurde.

A. M. Ammann S. J.

The voice of The Church — Cerkovnyj Golos, sumptibus P. P. O.S.B. in monasterio Sti Procopii, Lisle, Ill., USA, et redactore P. *Prokopio Neužil*, abbe O.S.B. editum prouti mensile periodicum folium ad praeparandam meliorem cognitionem mutuam inter christianos orientalis et latini ritus.

Respectu habito ad conditiones lati territorii USA in America, ubi Slavi orthodoxi in dispersione vivunt, omnia publicantur in utraque lingua: *anglica et russica*. Redactorem in labore impedimentis pleno adjuvat praesertim Rev. P. Chrysostomus Tarasevič, O. S. B., et catholici ritus orientalis, S. Bosforov, archimandrita Skijugušu; qui iam cum Ecclesia catholica uniti publicis litteris in ephemeride veritatem catholicam defendere coguntur eoque modo ideam unitati Ecclesiae fusius divulgant.

—a.

¹ N. Pokrovski, Stjemyja Rospisi v drevnych chramach... Moskau 1890, Tafel 18.

² N. Pokrovski, Evangelie St. Peterburg 1892, p. 384.

³ Makarius, Opisanie novgorodskago... jureva monastyrja, St. Peterburg 1862, p. 32.

In deposito Academiae Velehradensis adhuc supersunt:

Slavorum litterae theologicae:

Conspectus periodicus, Pragae. (Incomplete!)

Tom. I. 1905
Tom. II. 1906

Tom. III. 1907
Tom. IV. 1908

Tom. V. 1909
Tom. VI. 1910

Acta Academiae Velehradensis:

(Incomplete.)

Tom. VII. 1911 fasc. 1.—2., fasc. 3., fasc. 4. 20 Cč.
Tom. VIII. 1912 1. – 3. fasc. 10 Cč.
Tom. IX. 1913 1. – 2. 5 Cč.
Tom. X. 1914 – 1919. 30 Cč.

Tom. XI. 1920 – 1922. 15 Cč.
Tom. XII. 1. – 2., 1932
Tom. XII. 3. – 4., 1934

Acta Conventus Velehradensis:

Acta I. Conventus Velehradensis. 10 Cč.
Acta II. Conventus Velehradensis. 10 Cč.
Acta III. Conventus Velehradensis. 15 Cč.
Acta IV. Conventus Velehradensis, 40 Cč.
(leg. 50 Cč.)
Acta V. Conventus Velehradensis. 50 Cč.
Acta VI. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

Opera Academiae Velehradensis:

Tom. II. *Konstantinus-Cyrillus und Methodius, Die Slavenapostel* von Franz Snopek, Kremsier 1911. 30 Cč.
Tom. III. *Nomenclator (incompletus).*
Tom. IV. *Acta conventus Velehrad.* III. uti supra.
Tom. V. *Die Slavenapostel*, Kritische Studien von Dr. Franz Snopek, Kremsier 1918. 30 Cč.
Tom. VI. Trudy. *Acta Conventuum Velehradensium in lingua russica.* 10 Cč.
Tom. VII. Popov, *Katechismus (germanice).* 5 Cč.
Tom. VIII. *Vladimír Sergijevič Solovjev, jeho život a působení* od K. Jindřicha. 5 Cč.
Tom. IX. Dr. Fr. Grivec, *Pravoslaví*, ze slovinského rukopisu přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1921. 5 Cč.
Tom. X. *Byzantinské pojímání církevního prvenství s dodatkem o pravověrnosti svatého Cyrila a Metoda* od Fr. Grivce, univ. prof., přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1922 (ex haustum)
Tom. XI. *Acta V. Conventus Velehradensis 1927.* 50 Cč. (2 Dol. am.)
Tom. XII. Dr. Grivec, *Die hl. Slavenapostel Cyrilus und Methodius.*
Tom. XIII. Dr. Bonifác Segeta, *Církev východní a západní.* Z jazyka řeckého český překlad, 25 Cč. (Socii A. .V 16 Cč.)
Tom. XIV. *Acta cursus Pragensis 1930.* Pret. 38 Cč.
Tom. XV. Rudolf Hurt, *Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě.* 1934. 60 Cč.
Tom. XVI. Dr. Vincenc Pořízka, *Solovjev a církev.* 1935. 15 Cč.
Tom. XVII. Dr. Jos. Vajs, *Evangelium sv. Jana.* Text rekonstruovaný. 45 Cč.
Tom. XVIII. Dr. R. Hurt: *Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě.* Díl II. 1938. 60 Cč.

**Academia Velehradensis
Olomouc ČSR, Facultas theologica a s. C. et M.**

Vydává Akademie Velehradská v Olomouci. — Odpovědný redaktor Dr. Josef Matocha. —
Tisknou Lidové závody tiskařské a nakladatelství v Olomouci. — Používání novinových
známek povoleno výnosem řed. pošt. a telegr. v Brně č. 17.488/III a 38.

**ACTA
ACADEMIAE
VELEHRADENSIS**

ANNUS XIV.

FASC. 3.-4.

OLOMUCII 1938

SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS

ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

Eduntur annuatim in quatuor fasciculis. Subnotatio pro anno 30 Kč, pro externis 40 Kč.

Redactores: Prof. dr. Jos. Vašica, msgre Frant. Jemelka, prof. dr. Josef Matocha, collaborantibus professoribus Collegii theologicae facultatis a ss. Cyrillo et Methodio, Olomucensis.

Redactio: Olomouc, Úřednická 7. – Administratio: Olomouc, Theologica facultas a ss. Cyrillo et Methodio.

Auxilium in edendis Actis promiserunt: Prof. dr. Franc. Grivec, Ljubljana; dr. Jos. Slipyj, rector Academiae Leopoliensis; prof. P. Sev. Salaville; prof. dr. M. Jugie; dr. Georgius Hofmann, S. J., prof. Pont. Inst. Orientalis Romae; prof. A. M. Ammann, S. J., prof. Pont. Inst. Orientalis; dr. Theophilus Spáčil, dr. Thomas Kurent, S. O. Cist., Stična, Jugoslavia; dr. Andreas Živković, prof. univ. Zagreb; dr. Rochus Rogošić, prof. theolog. Makarska; dr. Ignatius Świrski, prof. univ. Wilno; dr. Špůrek, prof. theolog. Obořiště; dr. Ant. Salajka, Praga.

Contenta in fasc.: 3. – 4.

	Pag.
P. G. Hofmann, S. J., De praeparatione definitionis concilii Florentini de symbolo	161
P. Dr. H. M. Jurák, O. P., De provinciae S. Hyacinthi Ord. Praed. in Russia fundatione	169
Dr. Ant. Kleveta: Eschatologické představy u Babyloňanů	189
Dr. Joannes Chrys. Jaroš, C.ss.R., Impedimenta matrimonialia apud Bulgaros unitos	223
Dr. Thomas Kurent, Studia quaestionem de primatu ecclesiae saeculo IX. disputatam illustrantia	267
Varia. De horologio Olomucensi (dr. Robenek)	149
Sobor Russkoj Pravoslavnoj Cerkvi	310
Praeses Centralis Apostolatus	312
Recensiones: Dr. R. Hurt, Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě II. (Neumann); Spáčil Theophilus, S. J., Doctrini theologici Orientis separati De Sacramentis in genere, Orientalia christiana annalecta (Matocha); Schultze P. Bernhard S. J., Die Schau der Kirche bei Nikolai Berdiajev (Matocha); Orientales catholici in USA (- a)	313

Acta Academiae Velehradensis

Tomus XIV.

A. D. 1938.

Fasc. 3.-4.

REDACTIO ET ADMINISTRATIO: OLOMOUC, RČS.
THEOLOG. FACULTAS A SS. CYRILLO ET METHODIO

Num. ord. 800/38.

Olomucii, 1. XII. 1938.

IMPRIMATUR

† LEOPOLDUS, archiepiscopus Olomucen.

DE PRAEPARATIONE DEFINITIONIS CONCILII FLORENTINI DE SYMBOLO

P. Georgius Hofmann, S. J.

In bulla unionis graecorum die 6. iulii solemniter promulgata habetur haec definitio:¹

Diffinimus insuper, explicacionem verborum illorum *Filioque*, veritatis declarandae gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter fuisse appositam.

"Ετι διοριζόμεθα τὴν τῶν δημάτων ἐκείνων ἀνάπτυξιν, τὴν καὶ ἐκ τοῦ νίοῦ, χάριν τοῦ τὴν ἀλήθειαν σαφηνισθῆναι, ἀνάγκης τε τότε ἐπικειμένης, θεμιτῶς τε καὶ εὐλόγως ἐν τῷ συμβόλῳ προστεθῆναι.

Quomodo haec formula in concilio Florentino praeparata et elaborata fuerit, historice ex fontibus concilii Florentini inquirere volumus. Quando concordia habita fuit de articulo processionis Spiritus sancti inter dies 30. maii et 8. iunii 1439 Florentiae, patriarcha Joseph II et imperator byzantinus Johannes VIII Palaeologus explique declaraverunt se nolle formulam acceptatam Symbolo adiungere.

¹ G. HOFMANN, *De unione graecorum*, in *Textus et documenta, series theologica* 18 (1935) 15.

I.

Papae declaratio de symboli additamento.

Quia vero graeci prius vehementer ecclesiam romanam impugnaverant propter formulam *Filioque* symbolo additam, Papa die 10. iunii 1439 in formula concordiae tradita deputatis graecis, scilicet metropolitis Isidoro Kioviensi, Bessarioni Nicaeno, Dorotheo Trapezuntino, Dorotheo Mitylenensi, exegit,¹ ut graeci potestatem Papae de symbolo augendo admitterent:

ὅ προσέθηκεν ἐν τῷ ιερῷ συμβόλῳ, quod sacro symbolo addidit, ei
ἔξεστιν αὐτῷ προσθεῖναι, καὶ ἔστι (Papae) addere licet, et eius ius
δίκαιον αὐτοῦ, ὃς ἀκροφ ἀρχιερεῖ. est, cum sit Summus Pontifex.

II.

**Deputatorum graecorum declaratio contra symboli
additamentum.**

Delegati vero graeci huic sententiae erant omnino contrarii; dixerunt² enim :

δτι τὸ πρῶτον ζήτημά ἔστιν ἀδικώτατον. Πῶς γὰρ ἔχομεν ἡμεῖς εἰπεῖν, ἔχειν τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ρώμης ἔξουσίαν προσθεῖναι ἢ ἀφαιρεῖν ἀνευ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς τῶν πατριαρχῶν. Διό, εἰ καὶ τὸ προστεθέν ἔστιν εὐσεβές, ἀλλ' ὁ τολμήσας τοῦτο ἀνευ διαγνώσεως συνοδικῆς, οὐκ ἀθωαθήσεται. Εἰ δὲ θελέτε, εἴτατε, δτι ἀδίκως ἐποιήσατε, καὶ μηκέτι ποιῆσαι ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦτο, καὶ οὕτω συγχωρήσεως τεύξεσθε.

Primum postulatum est iniustissimum. Quomodo enim nobis affirmare licet, ecclesiam romanam habere potestatem addendi (symbolo) aut demendi sine fratribus patriarchis? Quapropter, etsi pium est, quod fuit additum, qui tamen hoc (patrare) ausus fuerit sine cognitione synodica, culpa nequaquam vacabit. Si vobis placet, fatemini vos iniuste egisse, atque in posterum hoc non patraturos esse, et sic veniam habebitis.

¹ Mansi 31 A; 1005 D.

² Mansi 31 A: 1008 A—B.

III.

Declaratio nova deputatorum graecorum additamento symboli favens.

Papa remansit firmus. Patriarcha mortuo die 10. iunii 1439 vespere, vocavit ad se die 12. iunii Isidorum Kioviensem, Bessarionem Niccaenum, Dorotheum Mitylenensem. Dolorem de morte patriarchae expressit, utpote magno zelo unitatis ecclesiasticae accensi, et suum moerorem de defectu huius virtutis apud ceteros graecos, qui post mortem patriarchae Papam petiverant, ut concilio faceret finem. Iterum Papa inter puncta controversa, quae deberent solvi, quaestio nem de additione (ad symbolum) nominavit. Deputati graeci aliquid iam Papae cedebant. Aiebant¹ enim :

Tὸ τῆς προσθήκης, ἡμεῖς οὐδεξόμεθα πώποτε ταύτην, ἀλλ’ ἐγχωριοῦμεν ὑμῖν ἔχειν ταύτην, ἐν ταῖς ὑμῶν ἐκκλησίαις, οὐ μὴν ἐν ταῖς τῆς ἀνατολῆς.

Καὶ λέγομεν, δτι ἀνάγκης κατεπειγούσης ἀνεπτύξατε τὸ σύμβολον.

Καὶ οὐ λέγομεν τὴν ἐκ τοῦ νίοῦ φωνήν, ἢ ἐτέρον πίστιν ἢ προσθήκην τινά, ἀλλ’ εὐσεβῆ, καὶ σαφῆνειαν τοῦ ἡμετέρου συμβόλου.

Καὶ εἰσὶ τὰ σύμβολα ἀμφότερα εὐσεβῆ, καὶ ὡμονοημένα λέγεσθαι ἐν τῇ τῶν ὁμοίων ἐκκλησίᾳ, καθὼς ὑμεῖς λέγετε, καὶ ἐν τῇ ἀνατολικῇ, καθὼς αὐτοὶ ἡμεῖς λέγομεν, καὶ οὕτω γενέσθω ἡ ἔνωσις.

De additione, nos illam nunquam admittemus, sed eam vobis in vestris ecclesiis habere permittimus, non autem in ecclesiis orientis.

Dicimusque: necessitate impellente symbolum explicastis.

Neque dicimus formulam *Filioque* esse aliam fidem aut aliquod additamentum, sed piam esse et explanationem symboli nostri.

Utrumque symbolum est pius, eundemque sensum habet in ecclesia romana in forma a vobis recitata et in (ecclesia) orientali in forma a nobis ipsis recitata; et sic unio fiat.

¹ Mansi 31 A; 1012 A—B.

IV.

Formula latinorum cum declaratione praecedenti deputatorum graecorum comparata.

Probabiliter deputati graeci notitiam iam die 12. iunii habuerant formulae (cedulae) latinorum, quae iuxta Andream de S. Cruce huius tenoris¹ fuit:

Vaticanus latinus 4119: 135 v.

Diffinimus insuper explanationem verborum illorum *Filioque* veritatis declarandae gratia, et insurgentis tunc erroris necessitate, licite et rationabiliter symbolo fuisse appositam.

Nam sententia graecorum supradicta est huic similis, sicut ex comparatione aliquorum terminorum appetat.

SCEDULA LATINA

explanationem
necessitate
veritatis declarandae
licite et rationabiliter

DECLARATIO GRAECA

ἀνεπτύξατε
ἀνάγκης κατεπειγούσης
σαφήνειαν
εὐσεβῆ καὶ ὁμονοημένα

Synodus graeca diebus 13. et 14. iunii de quaestione symboli nullam amplius movit difficultatem. Nova synodus graeca die 16. iunii habita acceptavit quinque schedulas latinorum, inter quas erat illa de symbolo. Imperator autem voluit prius Marcum Eugenicum in synodo 17. iunii ad partes unionis attrahere, sed frustra; hic contra articulum de processione Spiritus sancti et alium de symbolo, priorem iam die 8. iunii legitime conclusum, alterum brevi ante concordatum, vehementer insurrexit.

V.

Declaratio nova Papae de additamento symboli.

Papa non solum per deputatos graecis schedulam de symbolo manifestaverat, sed ipse sumpsit occasionem loquendi explicite de

¹ Quia editio ab Horatio Iustiniano (Giustiniani) facta est imperfecta, ad manuscriptum primarium Andreeae de S. Cruce, scilicet Vatic. lat. 4119, recurro.

hac formula in congregatione generali synodaliu latinorum et graecorum ante diem 19. iunii, immo voluit schedulam scriptam imperatori dare, quam hic acceptare recusavit.

Vaticanus latinus 4119 : 141^r — 141^v.

Et quia inducta est materia additionis, licet suffecisset solum discussi veritatem, et diu in Ferraria de hoc disputatum est, an illa verba *Filioque* essent addita, et si licuerit.

In omnibus disputationibus introduxistis excommunicationem super ecclesiam romanam propter additionem, et licet multa fuerunt clare responsa, et ultimo per cardinalem S. Sabinae, visum est, quod illa verba fuerint per viam declarationis adiecta,

et iustum propter hoc ad perfectionem sanctae unionis videtur, ut fiat diffinitio, quod licite fuerit factum, et servatur honor per hoc ecclesiae romanae et servatur honor vester.

Et ideo rogamus caritates vestras, ut hanc cedulam cum omni caritate factam placeat acceptare, quia in his non debet attendi nisi honor Christi, et causabit gratiam et concordiam et salutem omnium animarum christianorum, et speramus per ista, quod dominus noster Jesus Christus dabit voluntatem christianis, ut relevent illos christianos, qui diu ab infidelibus fuerunt oppressi.

Ex hac cedula fiet sessio, et postea cum dei gratia possumus Sumam Excellentiam¹ expedire.

Et dedimus cedulam Russiae (scilicet metropolitae), Nicaeno et Mitilenensi, qui eam retinuerunt; si est publicata omnibus, placet, si non, faciemus omnibus publicari. Et ea visa, speramus, quod ipsi erunt contentissimi, et eritis in eadem opinione nobiscum, et intendimus in omnibus conservare honorem vestrum sicut nostrum.

Imperator subito cum episcopis et nobilibus graecis habito colloquio, Summo Pontifici declaravit se iam esse certiorem factum de tenore illius cedulae, responsum positivum ad hanc declinavit.

Vaticanus latinus 4119 : 141^v.

Quod autem tradatur illa cedula mihi, non videtur mihi necesse tradi aliam cedulam, quia sum bene de illa informatus, de quibus contentis in illa cedula locuti sumus cum cardinalibus, et habuimus informationem a nostris metropolitanis.

¹ Scilicet imperatorem.

VI.

Sermo cardinalis Cesarini.

In congregatione generali latinorum coram Papa cardinalis Iulianus Cesarini de laboribus deputatorum cum delegatis graecorum rettulit. De quaestione additamenti ad symbolum haec dixit.

Vaticanus latinus 4119 : 150^r — 150^v.

Sanctitas Vestra et reverendi patres sciunt, quod iam sunt uingenti anni, quod magnae differentiae fuere inter sanctam romanam ecclesiam et orientalem. Primo de processione Spiritus sancti, utrum Spiritus sanctus procederet a Patre et Filio.

Secundo de adiectione, an potuerint addi verba illa in symbolo, etsi vera.

... Postea fuit disputata materia additionis, et quia haec publica fuit, non referto . . .

Deinde sopita hac materia (scilicet de processione Spiritus sancti) ventum est ad aliud, quia, ex quo materia de additione fuerat mota, videbatur, ut synodaliter diffiniretur, quod additio fuit licita, et in hoc fuit magna difficultas, quam narrare vix uattuor horae sufficerent.

Demum conclusum est, ut diffiteantur, quod illa additio seu declaratio iuste et bene facta est.

Post sermonem cardinalis quinque cedulae latinorum, inter quae illa de symboli additamento (confer. n. IV) erat, fuerunt publice recitatae et tribus dictis „statibus“ concilii, idest primo: cardinalium, episcoporumque, secundo: abbatum et regularium, tertio: doctorum et praelatorum minorum consignatae, qui ex triplici gremio quaternos deputatos eligere debebant, simul cum delegatis graecis consultores de redactione finali bullae unionis super basim quinque schedularum.

VII.

Redactio finalis.

Decretum unionis graecorum mane diei 4. iulii 1439 a deputatis latinis et graecis approbatum est, eodemque die vespere coram

Papa et synodalibus latinis per subdiaconum apostolicum Thomam (postea papam Nicolaum V) recitatum. Subscriptum est a synodalibus graecis et latinis die 5. iulii. Solemniter promulgatum est in ecclesia cathedrali Florentina 6. iulii 1439.

Sensus formulae definitivae est idem ac tenor cedulae praecedentis (n. IV). Discrepantiae potius stilisticae sunt hae :

CEDULA	DEFINITIO
explanationem	explicationem
insurgentis tunc erroris necessitate	et imminente tunc necessitate
licite et rationabiliter.	licite ac rationabiliter.

Explicationes idearum definitionis de additamento ad symbolum iam in sessionibus publicis Ferrariensibus a theologis catholicis Andrea Chrysobergi O. P., archiepiscopo Rhodi, et Aloysio O.F.M., episcopo Forliviensi, et cardinali Iuliano Cesarini datae sunt. Cardinalis insistebat tunc in termino „licite“, dum alii duo magis premebant terminos „explicationem“ id est declarationem, „rationabiliter“, „necessitate“, cum defensione explicita potestatis papae circa explanationem symboli. Sat vicini expressionibus verbalibus definitionis sunt aliqui loci in sermonibus conciliaribus Andreae Chrysobergi et in primis Aloysii Forliviensis, sicut ex tabula sequenti appareat, cum indicatione chronologica sessionis publicae concilii Florentini.

ANDREAS O. P.

Dico, id nobis licuisse explicare, cum nil additum sit. Secundo, et si quid additum dici posset, hoc licite factum est. 9 X 1438. Vaticanus lat. 4119 : 24^v.

impellente maxima necessitate, 4. XI. 1438. Vaticanus lat. 4119 : 31^r

ALOYSIUS O. F. M.

Si immineret necessitas. 8. XI. 1438. Vatic. lat. 4119 : 36^r

imminente et gravi necessitate, 8 XI. 1438. Vat. lat. 4119 : 38^v.

Non fuit novi (articuli) apposito, sed eiusdem (articuli) expressi explicatio; 8. XI. 1438. Mansi 31 A 34^v non fuit de Spiritu

sancto novi articuli appositio, sed eiusdem articuli magis determinata explicatio. 8. XI. 1438. Vatic. lat. 4119 : 34^v

licet maiorem implicite(!) explicationem (symboli) fecerunt (patres concilii) ex evidenti et rationabili causa, et urgente necessitate. 11. XI. 1438. Vaticanus lat. 4119 : 42^r.

ex evidenti et rationabili necessitate illam ulteriore expressionem fecit *Filioque* (ecclesia latinorum). 11. nov. 1438. Vat. lat. 4119 : 42^r

talem licentiam, ut in symbolo fidei addatur. 11. nov. 1438. Vat. lat. 4119 : 42^v.

Etiam terminologia graeca definitionis cum locis sermonum Andreae Chrysobergae et Aloysii Forliviensis in linguam graecam versorum bene quadrat. desumum locos ex PRAKTIKA.

ANDREAS O. P.

οὗσης ἀνάγκης; 20. X. 1438.
Mansi 31 A : 564 C.
ἐποίησε τοῦτο ἐν καιρῷ ἀνάγκης.
20. X. 1438, Mansi 31 A : 564 D.
ἔξὸν γεγονέναι ἀνάπτυξιν, 25. X.
1438. Mansi 31 A : 585 B.
μεγίστης συνωθούσης ἀνάγκης.
25. X. 1438, Mansi 31 A : 585 B.

ALOYSIUS O. F. M.

οὐκ ἔστι προσθήκη, ἀλλ' ἀνάπτυξις, καὶ οὐδενὶ τρόπῳ πεκάλυται.
8. XI. 1438. Mansi 636 B.

DEFINITIO

ἀνάγκης τε τότε ἐπικειμένης,
θεμιτῶς
ἀνάγκης τε τότε ἐπικειμένης
ἀνάπτυξιν . . . θεμιτῶς
ἀνάγκης τε τότε ἐπικειμένης

DEFINITIO

ἀνάπτυξιν . . . θεμιτῶς

διὰ νομίμους αἰτίας, εἰς τὸ ἀπαντῆν ταῖς πλάναις καὶ ταῖς αἰρέσεσι, καὶ ἀνάπτυξιν ποιεῖσθαι μέρος τινὸς τοῦ συμβόλου σύμφωνον τῇ πίστει, καὶ ἐν τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι. ἀνάγκης ἐπικειμένης,

8. XI. 1438. Mansi 640 A

Θεμιτῶς τε καὶ εὐλόγως — τὴν ἀλήθειαν σαφηνισθῆναι — ἐν τῷ συμβόλῳ προστεθῆναι — ἀνάγκης τε τότε ἐπικειμένης.

Ultimo notari iuvat nullo modo graecos ab ecclesia catholica in concilio Florentino obligatos fuisse, ut in liturgia graeca symbolum formula *Filioque* auctum recitarent.

DE PROVINCIAE S. HYACINTHI ORD. PRAED. IN RUSSIA FUNDATIONE

P Dr. H. M. Jurák O. P.

(Continuatio).

CAPUT II.

De Congregatione Russiae.

Morte P. Generalis Hippoliti M. Beccariae multis gravissimis difficultatibus pro Ruthenis oriundis via aperta erat. Certum erat, quod Poloni post mortem P. Generalis Beccariae, qui omnes ipsorum contra Russiae Provinciam protestationes in vanum vertebat, cum multis suis argumentis de novo contra Russiam exsurerent. Existentia Provinciae S. Hyacinthi a novo P. Generali in Capitulo Romae anno 1601 eligendo dependebat.

§ 1. Provincia S. Hyacinthi in Congregationem Russiae mutata.

Antequam Capitulum Generale electivum Romae in vigilia Pentecostes anno Domini 1601 inchoatum erat,¹ Rutheni iam „varias artes et molestias“ a Polonis in se suscitatas pati debebant,

¹ Acta C. G. VI, p. 1 ssq.; cfr. Mortier, Histoire des M. G., VI, p. 52.

² Tab. O. P. Gen., lib. K, Historica Narratio, p. 117, 118.

quarum auctor principalis P. Abraham Bzovius fuit.² Ad Capitulum ex Provincia Russiae P. Antoninus Premisliensis, Provincialis,³ et P. Nicolaus de Leopoli ceu diffinitor⁴ venerunt; ex Provincia vero Poloniae P. Albertus Secovius, Provincialis,⁵ et P. Hyacinthus Succius, Prior Cracoviensis, ceu diffinitor.⁶ — Cum ante Capitulum tractationes fiebant, Poloni Ruthenis vocem in Capitulo negabant, usque Summus Pontifex suo decreto difficultatem in favorem Russiae solvit.⁷ In Magistrum Generalem P. Hieronymus Xavierre, Hispanus, — „Ruthenorum votis in eum non collatis”⁸ — electus erat.

Apud novum Magistrum Generalem — „cuius electioni studebant”⁹ — Poloni suppressionem Provinciae Russiae petierunt, sed agentibus aliquibus Patribus Hispanis et Gallis nova approbatio Provinciae Russiae facta est.¹⁰ P. Antoninus Premisliensis P. Generali pulchram relationem de statu suaे Provinciae presentavit.¹¹ Documentum hoc officiale valde praetiosum est; huic relationi catalogus, de fratrum numero et personarum qualitate, adiunctus¹² periit.

Hac in relatione aliqua pro historia praetiosa tam de statu Conventuum quam de fratrum numero in eis collocatorum inveniuntur. De Conventu Leopoliensi, qui tunc ad centum fratres alendos amplificabatur;¹³ numerus Conventuum a fratribus inhabitatorum ex 13 iam ad 15 crevit: Vilnensis, Premisliensis, Sambo-

³ Acta C. G., VI, p. 2.

⁴ Ibidem, p. 3.

⁵ Ibidem, p. 1.

⁶ Ibidem, p. 2.

⁷ Acta C. G., VI, p. 48; Historica Narratio, p. 117: „— pontifex decretum vivae vocis oraculo pro Russiae provincia tulit; propterea functa est munere suo in electione magistri Ordinis et in Capitulo Generali.”

⁸ Tab. O. P. Gen., lib. K, p. 147; — Historica Narratio, p. 118: „Rutheni enim protectricis suaे Lombardiae alumnum et filium volebant.”

⁹ Historica Narratio, p. 118.

¹⁰ Tab. O. P. Gen., lib. K, p. 147: „— decreto iam et si superfluo tamen sexto quod propterea Actis non est inscriptum nec publicatum imo secreto teneri iussum”.

¹¹ Tab. O. P. Gen., lib. K, pp. 83—90: De Statu Orientalium.

¹² Ibidem, p. 86: „— quorum catalogus exhibetur”

¹³ Tab. O. P. Gen., lib. K, p. 84.

riensis, Mosticensis, Belzensis, Rodlensis, Rubiessoviensis, Luceoriensis, Włodimiriensis, Camenecensis, Chioviensis; duo Conventus nove acquisiti: Jezlovicensis, a quo tamen fratres propter litem de ecclesia tunc revocati erant,¹⁴ et Jezupolensis, recenter anno 1600 receptus;¹⁵ Conventus Lublinensis et Smigrodensis a Cracovitis occupatus erat; adhuc fundatio in Olica, a fratre Cardinalis Radivili, extitit.¹⁶ — Numerus fratrum celeriter crescebat: Conventus Leopoliensis — „cum ante Regimen Ruthenorum fratres paucissimi essent“ — 143 filios, Conventus Vilnensis et Lublinensis — 70 vel 80 filios habebant; praeterea aliquot Novitios Provincia habuit. Studia particularia Leopoli et Camenettiae tractabantur; omnes Conventus suos Praedicatores Generales habebant; sacerdotes omnes — „paucissimis exceptis“ — concionatores erant. Deinde ad novos campos qui Provinciae ad apostolatum circa desolatos Conventus, v. gr. Czeretensem in Moldavia, aperiebantur mentem P. Generalis attentiores facit et ipsum a visitandam Russiam invitavit.¹⁷

Rutheni, Capitulo finito, in spatio unius diei ex Urbe discedere iussi — „mori potius ad pedes Sanctissimi quam discedere voluerunt“ — sed per Cardinalem Baronium consolati abierunt.¹⁸ Revera non frustra „mori potius“ volebant, nam ipsis abeuntibus iam die 30. Julii 1601, adhuc Patribus Capitularibus in Patrias non reversis, nomine Papae Clementis Octavi Breve, per quod Provinciae sancti Hyacinthi in Russia — „nomen, titulus et essentia“ — extinguebatur, datum erat.¹⁹ Breve autem illud statim proclamatum non fuit; nam P. Generalis — „multa postulata pro rata provinciae sancti Hyacinthi de Russia concessit et eam semper pro provincia anno integro post capitulum agnovit.“²⁰ De istis „postulatis“ concessis nihil scimus. Item valde problematicum nobis videtur, utrum P. Generalis de decreto Brevis Pontificii aliquid sciverat, an non? — Litterae eius de

¹⁴ Ibidem, p. 85.

¹⁵ Ibidem, p. 85.

¹⁶ Ibidem, p. 85.

¹⁷ Ibidem, p. 87—88.

¹⁸ Historica Narratio, p. 118.

¹⁹ Bullarium O. P., V, p. 595.

²⁰ Historica Narratio, p. 118.

die 16. Martii 1602 — „Reverendis Patribus Magistris, Prioribus, ceterisque nostrae Provinciae Russiae“²¹ — de ignorantia decreti illius Brevis testari videntur. His litteris P. Generalis Ruthenos propter ipsorum devotionem erga P. Generalem Beccaria et propter magnum zelum in regulari observantia restauranda magnopere laudat et patientiam hortatur et visitatorem „benevolum“ se missurum promittit. Authenticitas litterarum extra omne dubium est; res vero in effectu aliter apparuit et evenit, prout ex sequenti videmus.

Anno 1602, non multo post litteras istas, in Russiam P. Dominicus Landius Florentinus, S. Th. Mag., ex Provincia Romana, — „qui Ruthenis in Urbe adversabatur“²² — et — „amicissimus Cracoviensium“²³ erat in munere Visitatoris et Commissarii cum incircumscripta potestate ad executionem supradicti Brevis Pontificii die 19. Aprilis 1602 missus est.²⁴

P. Landius Ruthenos ac Polonos Premisliam convocaverat et

²¹ Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom., 12c, fol. 86r; sigillum et titulus, fol. 93v. Textus: „Gratae mihi litterae Paternitatum Vestrarum. gratissimus vero qui nos ad scribendum animus impulit (video ut audieram et cultum divinum et veram religionem alacri animo vos suscepisse, nec non ut veros Sanctissimi Patris nostri Dominici filios in via Dei ambulare) sciebam pietatem vestram erga praedecessorem nostrum Reverendissimum P. f. Hippolytum Beccaria qui vos non multis ab hinc annis invisit, nec tam cohortationibus ac monitis quam precibus et exemplo ad pie sancteque vivendum accedit: sed auxit amorem in vos meum progressus vester in regulari observantia et uniucuiusque vestrum optime voluntatis nec dubia significatio. Perseverate queso Patres; qui enim usque in finem perseveraverit hic salvabitur. Aemulamini charismata meliora: et si quid ab exteris veri inquam cultus desertoribus, patimini, aequo animo sustinentia Domino bonorum operum fructum reportaturi Visitatori quem desideratis benevolum mittam quamcito qui omnium animos pacare et cuncta in Domino componere curabit et ut spero satisfaciet. Cognoscimus quidem oves nostras, quae vocem nostram audiunt et praedecessorum nostrorum pariter audierunt et religionis regularem observantiam non solum recipere sunt parati sed et avide cupiunt et poscunt. Valete Patres in Domino per quem dilecti et pro me et Sociis preces ad Deum fundite. Romae 16. Martii 1602. Conservus vester in Domino Hieronymus Xavierre Magister Ordinis.“

²² Tab. O. P. Gen., Lib., K, Historica Narratio, p. 118.

²³ Tab. O. P. Gen, lib. K, p. 148.

²⁴ Chodykiewicz, De rebus, p. 103, 106—108, 110, 124, 127. Cf. Bullarium O. P., V, 596.

ibi coram episcopo illius loci, D. Mathia Pstrokowski, die 1. Julii 1602 omnia, quae ipsi pro officio suo bona videbantur, peregit.²⁵ — Ipse ad duo praecipue exequenda se missum fuisse declaravit: scilicet, ut restitutio certorum Conventuum in Capitulo Valentino a Provincia Poloniae separatorum, praesertim vero Smotricensis et Wlodimiriensis, ad hanc ipsam Provinciam fieret; secundo, ut privilegia, quae istos restituendos Conventus et Provinciam Poloniae respiciunt et in archivo Conventus Leopoliensis inveniuntur huic Provinciae redderentur.²⁶ — Statimque Breve illud Pontificium, die 30. Julii 1601 datum, — per quod Provincia Russiae extinguebatur et omnes eius Conventus — exceptis sex — Provinciae Poloniae reuniebantur, publicavit. Idem Breve sex illos Russiae Conventus, e unione cum Polonia exceptos, scilicet: Leopoliensem, Camenecensem, Kijoviensem, Rubeicastri, Jazlovicensem, Mosticenzem, — in sic dictam „Congregationem Russiae“, sub proprio Vicario Generali Congregationis, coniunxit.²⁷ Tantquam primus Vicarius Generalis Congregationis Russiae P. Antonius Premisiensis institutus fuit. — Rutheni fratres — „quamvis lachrymantes“ — humiliter obedierunt.²⁸

Contra abolitionem Provinciae S. Hyacinthi apud S. Sedem Metropolita Ruthenorum Hypatius Pociej primus protestationem interposuit; sed eius protestatio a Summo Pontifice litteris die 25.

²⁵ Chodykiewicz, o. c., pp. 103—115; instrumentum officiale de eis quae Premisliae die 1. Julii 1602 facta erant, publicavit. Tenor integer in copia instrumenti ratificationis Romae per protonotarium Apostolicum Marcellum Jantes die 23. Aprilis 1604 in Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. L, pp. 282—299 invenitur. Documenta hac de re iam publicata omnia singillatim iam erant; et sunt: a) Litterae patentes a Mag. Generali pro P. Landio de die 19. Aprilis 1602; Chodykiewicz, o. c., 106—108; b) Breve Apostolicum de die 30. Julii 1601; ibidem, p. 108—111; Bullarium O. P., V, 595; Breve Apostolicum ratificationis, de die 23. Aprilis 1604; Chodyk. o. c., 123—126; Bullarium O. P., V, 615; de facto cfr. Acta C. G. VI, pp. 47—48; Okolski, Russia florida, p. 20; Baracz, Rys, I, 269—270.

²⁶ Chodykiewicz, De rebus, 114, 124; Bullarium O. P., V, 595; 615. Elenchus istorum privilegiorum apud Chodykiewicz, o. c., pp. 115—123.

²⁷ Bullarium O. P., V, 595—596, 615; Acta C. G., VI, 47; Okolski, Russia florida, p. 49, addit his Conventibus etiam duos desolatos Trebovlensem et Colomiensem; etiam Jazlovicensem ut desolatum dicit.

²⁸ Tab. O. P. Gen, Mon. An., lib. K, p. 148.

Januari 1603 ad ipsum datis reiecta fuit:²⁹ „Quod vero pertinet ad alterum caput litterarum tuarum quod est de Fratribus Ordinis Praedicatorum, novit Fraternitas tua eam controversiam diu, multumque agitatam esse, et tandem in novissimo Capitulo Generali Romae celebrato auditis partibus et rationibus expensis, definitam esse, nostraque Auctoritate Apostolica, quae statuta fuerant ab eodem Capitulo per litteras nostras confirmata esse, silentiumque perpetuo indictum, ut tandem aliquando depulsis controversiis, ambulent in Domo Domini omnes cum consensu, in spiritu pacis et caritatis.“

Papa hic ad Capitulum anni 1601 reclamat et suum Breve de suppressione Provinciae Russiae tamquam sequelam tractationum Capituli designat. Rutheni autem, ut supra ostensum est, de pleno Capituli ut sibi favente loquuntur; unum non est praetereundum, quod scilicet Rutheni Capitulo ad finem perveniente in spatio unius diei Roma discedere iussi erant: forsitan, ut ipsis absentibus aliqua, quae vero nullibi in Actis officialibus Capituli inveniuntur, contra Russiam adhuc decernerentur et cum aliis statutis — (dolus non est exclusus) Summo Pontifici ad confirmationem traderentur. Sic de origine, omnibus consideratis, illius Brevis de suppressione Provinciae Russiae suspicari licet.

Similiter etiam Joannes Demetrius Solikowski, Archiepiscopus Leopoliensis, litteris — „in ultima sua infirmitate“ — die 14. Junii 1603 datis³⁰ contra suppressionem Provinciae Russiae, Fratres Ruthenos fortius defendens, protestavit: „. . . Jam tempus meae resolutionis instat, Bonum certamen certavi pro meis Ruthenis, qui sunt ex religione S. Dominici quorum disciplinae, et proposito valde utili Ecclesiae Dei, annis viginti Praesul, . . . iturus ad Tribunal Dei, fidele testimonium perhibeo, et relinquō“ . . Deinde sibi valde de P. Landio, qui pro Visitatore missus olim erat, lamentatur, praesertim quod etiam P. Generalis

²⁹ Chodykiewicz, *De rebus*, p. 102—103 has litteras Pontificias publicat, sed cum falsa data anni 1601, loco 1603; Capitulum Romae celebratum, de quo in litteris, anni 1601 est, ichoatum vigilia Pentecostes, ergo multo post diem et mensem litterarum. — Litterae ad Hypatium identicae considerandae sunt, de quibus Rutheni ut anni 1603 loquuntur, cfr. Arch. S. Vatic., Borghese, III, t. 12c, fol. 60r.

³⁰ Chodykiewicz, o. c., pp. 128—129.

Beccariae „opera Religiosa et bene apud nos constituta labe-factavit“ Postea sequitur: „Hoc sciret Sanctissimus, ad cuius pedes hi Fratres venire non sinuntur, sed arcentur, istud non speravi, qui de illa petra divina omnia credo, quae Deum omnibus patentem repraesentat, ergo sepeliar conturbatus, cum iustitiae asylum paeclusum esse his, quorum vicem doleo, et quibus Author fui, ut quamvis sentirent se esse circumventos, tamen obedirent, apud Sanctam Petram melius informati, omnia correcturi, Et umbram enim Sedis Apostolicae venerati sumus, quae claves Caeli gerit, ac non ligare tantum, sed frequentius solvere quoque potestatem habet . . .“ Litterae istae ad „Cardinales“ vel potius ad Cardinalem Protectorem aut Secretarium Status datae sortem Ruthenorum Dominicanorum mutare non potuerunt. — Summus Pontifex omnia a P. Landio in Russia peracta die 23. Aprilis 1604 rata habuit et confirmavit;³¹ similiter etiam Ordo in Capitulo Generali Vallisoleti 1605 celebrato omnia approbabitt et „silentium perpetuum“ imposuit.³² — Ita Provincia S. Hyacinthi in Congregationem Russiae mutata extitit.

§ 2. *De Vicariis Generalibus Congregationis.*

1. — *P. Antoninus Premisiensis* a P. Landio, Commisario, anno 1602 tanquam primus Vicarius Generalis Congregationis Russiae institutus hanc dignitatem, brevi tempore post institutionem elapso, recusavit.¹ Certe pro ipso, qui tanta pro libertate Conventuum Russiae subierat, administrare ruinas sui laboris et stare iuramento „libenter omnia et singula quae continentur in dictis litteris Brevis Apostolici“² — ponderosum nimis esset.

2. — *P. Gabriel Zawieszko* etiam — „a P. Landio datus Anno 1604“ Vicarius³ cum fratre suo germano Nicolao, qui Cracoviae erat, Congregationis ruinam parabat, eam Provinciali Poloniae subiicere volens, quoniam ipse Nuntius mandatum die 15. Oc-

³¹ Bullarium O. P., V, 615.

³² Acta C. G., VI, 47—48.

¹ Chodykiewicz, *De rebus*, 130; Barącz, *Rys*, I, 269. Dies vel mensis renuntiationis non constat, neque annus; forsitan in fine a. 1603 vel initio a. 1604.

² Chodykiewicz, o. c., 112.

³ Chodykiewicz, o. c., 130.

tobris 1605 acceperat, ut omni sua auctoritate se interponeret, quatenus omnia, prout a Clemente Octavo determinata erant, remanerent.⁴ Propter suas contra Congregationem machinationes anno 1605 ab Vicariu depositus erat.⁵

3. — *P Thomas Burlamachius de Luca*,⁶ munus Vicarii Russiae sibi collatum, quamvis Italus optime intelexit. Primo se perfecte ab influxu Polonorum liberare studuit: die 24. Julii 1607 contra P. Gabrielem Zawieszko et fratrem eius decrevit, — „ne unquam si revertantur possint recipi in congregazione ad habitandum”⁷ — et postea die 23. Junii 1608 a P. Generali pro eis assignationem perpetuam ad Poloniae Provinciam obtinuit.⁸ Certe hoc factum fiduciam Ruthenorum P. Burlamachio comparaverat et ex alia parte alios animo aliquid contra Congregationem machinandi privavit. P. Burlamachius se non tantum ad Congregationem Russiae conservandam, sed maxime ad ipsam augendam obligatum et vocatum videbat. Cum ei Dux Georgius de Wiszniowec fundationem pro Conventu in Busk obtulerat⁹ — libenter eam pro Congregatione accepit. Sed Romae quaestio de liceitate talis acceptionis pro Russia mota est; Nuntius Poloniae mandatum die 17. Novembris 1607 obtinuit, ne Patres Rutheni aliquid plus, quam a Summo Pontifice decretum erat, praetenderent, quapropter se bene a Provinciali Poloniae informare debuit.¹⁰ — Quia vero Poloni affirmabant Russiam Conventus aedi-

⁴ Arch. Vat., Nunziatura di Polonia, tom. 173, fol. 24r: „Nostro Signore vorrebbe che si sopissero le differenze tra li Padri Domenicani de la Provincia di Polonia, et quelli de la Congregatione di Russia, conforme à la divisione de Conventi fatta d'Ordine de la Santa memoria di Papa Clemente. Percio in tutto qualche si potrà, interponga V. S. l'autorità sua, et senta volentieri l'esibitore de la presente, il quale la informerà pienamente di quanto occore . . . Di Roma, li 15 d'Ottobre 1605.” — Card. Borghese.

⁵ Okolski, *Russia flor.*, p. 50; Barącz, Rys, I, 270.

⁶ Non constat, quando officium suscepserat; certe iam anno 1606; cfr. Okolski, o. c., 50; Chodykiewicz, o. c., 130; Barącz, Rys, I, 270.

⁷ Apud Barącz, l. c., ex Libro Consiliorum ab a. 1606 ad 1767, t. I, p. 12.

⁸ Tab. O. [P. Gen., IV, tom. 52, fol. 105; tom. 53, fol. 18r.

⁹ Okolski, o. c., 85; Chodykiewicz, o. c., 201; Barącz, Rys, II, p. 404.

¹⁰ Arch. S. Vatic., Nunziatura di Polonia, tom. 173, fol. 212 v: „Il Duca di Visniowec ha ottenuto da N. S. tutte le gratic dimandate in suo nome dal Padre Domenicano suo confessore, mandato quà. S'è contentata S. Santità che

ficare novos ius nullatenus habere, die 19. Januarii 1608 ad Nun-tium Poloniae a Summo Pontifice communicatum erat, aliquam huiusmodi prohibitionem ex Brevi Clementis Octavi erui non posse, praesertim quoad fundationem Ducis Georgii in Wisznio-wec.¹¹ P. Burlamachius iam die 21. Januarii 1607, praeter fundationem in Busk, etiam alias in Capitulo Congregationis Leopoli denuntiavit fundationes accipiendas:¹² Rohatini, Bari, Potociae, Latyczowiae, ubi Conventus aedificarentur; Colomiae domum in prioratum promovit, Jezupoli studium et in Szarawce vica-riatum fundavit; Conventui Chijoviensi locus Lubacensis commis-sus fuit.

Interea tempore Adventus anno 1607 P. Generalis, Hieronymus Xavierre ad dignitatem Cardinalitiam elevatus a generalatu ces-savit.¹³ P. Burlamachius e Russia ad Capitulum Generale electi-vum Romae diebus Pentecostes 1608 celebratum veniens, pro Congregatione Russiae a Capitulo, P. Generali noviter electo Augustino Galamini, Italo, favente, multa obtinuit:¹⁴ fines inter

fabrichi la nuova Chiesa, et il Convento, et il Vicario Generale del Ordine di S. Domenico scriverà al Provinciale di Polonia il modo, col quale si dovrà governar' in esequir la mente di Sua Beatitudine. (fol. 213r.) Potra essere che li Padri de la Congregatione di Russia pretendano qualche cosa di piu intorno al fabricar altri Monasterii rovinati. V. S. s'informi bene dal Provinciale di Polonia qualche si potrà fare et avvisi, perche il medesimo tien' ordine dal Vicario generale di dar conto à lei di quanto occorrerà et Nostro Signore tanto commanda... Di Roma, li 17. di Novembre 1607."

¹¹ Arch. S. Vatic., Nunz. Polonia, tom. 173, fol. 230v: „Nel negotio de la Congregatione di Domenicani di Russia non si farà qui deliberatione alcuna, sin à la venuta del Padre Burlamachi, mà per quanto si raccoglie dal Breve di Papa Clemente di santa memoria non v'è proibitione alcun materia d'edi-ficar nuovi monasterii in quelle parti. Il Vicario Generale de l'Ordine (fol. 231r) viddi il Breve, et fu considerato bene, ne si trovo impedimento alcuno, che ostasse à la gratia, che si fece al Duca Ruteno dichiaratosi ultimamente cattolico... Di Roma, li 19 Gennaio 1608." Card. Borghese.

¹² Okolski, o. c., 50; Chodykiewicz, o. c. 130; Baračz, Rys, I, 271; litterae Nobilium de Russia die 29. Januarii 1608, Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom. 12c, fol. 72r: „... Hanc ob rem augere illa numero... studium est nostris, ut in Jezupoli, Potoco, Sarawca, Laticzowio, Busco, Baro, et aliis in locis."

¹³ Mortier, Histoire des M. G., VI, 120.

¹⁴ Acta C. G., VI, 87—88; Tab. O. P. Gen., IV, tom. 52, fol. 104—105r; tom. 53, fol. 16v—17r.

Poloniae Provinciam determinati erant, — „ut patres Rutheni possint intra terminos suaे congregationis, videlicet a Mosticia versus Kioviam, et ultra versus Valachiam, Moschoviam et Moldaviam absque ullo impedimento novos conventus fundare, iam erectos, nempe Mosticensem, Leopoliensem, Rubei Castrum, Jaslovicensem, Camenecensem, Kiovensem, Buscensem, Potocensem, Jesupoliensem, Barensem, Laticzoviensem, Scharafensem pacifice habere et possidere, ac etiam dirutos et desolatos instaurare et restituere, scilicet Trebovlensem, Colomiensem et Smotricensem“; Rutheni autem Conventibus Premisliensi, Samboriensi, Belzensi, Luceoriensi, Hrodensi, Wladimirensi, Hrubiessoviensi, quos Patres Poloni iam possidebant, cedere debuerunt. De his instrumentum publicum die 12. Junii 1608 a Notario Apostolico P. Thoma Marino coram Magistro Generali confectum est.¹⁵ Die 14. Junii pro Congregatione Russiae Studium Leopoli approbatum erat et septem novi Baccalaurei creati sunt.¹⁶ Ex his omnibus optime intelligimus, cur de P. Burlamachio dictum sit: „... rite administravit Congregationem.“¹⁷

4. — *P. Cyprianus de Castiglione* die 20. Junii 1608 a Capitulo Generali in Vicarium Russiae institutus,¹⁸ ex Provincia Abrutina fuit, mense iulio in Russiam abiens Nuntio Poloniae a Cardinale Borghese die 19. Julii 1608 litteris cordialiter commendabatur.¹⁹ Administrationem Congregationis maximo cum fervore in vestigiis Burlamachii prosequebatur. Leopoli in Capitulo Congregationis die 19. Januarii 1609 fundationes a P. Burlamachio denuntiatas approbavit²⁰ et in secundo Capitulo anno 1610 celebrato

¹⁵ Tab. O. P. Gen., IV, tom. 52, fol. 104r; cfr. Mortier, o. c., VI, 129.

¹⁶ Tab. O. P. Gen., IV, tom. 52, fol. 104v.

¹⁷ Chodykiewicz, o. c., 130.

¹⁸ Tab. O. P. Gen., IV, tom. 52, fol. 105r., cfr. Mortier, o. c., VI, 130; Okolski, o. c., 50; Chodykiewicz, o. c., 130; Barcz, o. c., I, 274.

¹⁹ Arch. S. Vatic., Nunz. Polonia, tom. 173, fol. 262r: „Frà Cipriano da Castiglione... è huomo di gran bontà, et merita d'esser favorito da chi desidera il servizio de la sua religione. Questo è stato dichiarato Vicario de la Russia et viene in coteste parti esercitare il suo talento à gloria del Signore. V. S. lo veda volontieri, tenga conto de la sua persona, et lo aiuti con amorevoli offici in tutte l'occasioni, che si li presentirano... Di Roma, li 19di Luglio 1608.“

²⁰ Okolski, o. c., 50; Chodykiewicz, o. c., 130; Baracz, Rys, I, 272, 275.

locum pro novo Conventu Studii Leopoli ad S. Magdalenam accepit, praecedentiam Conventuum et limites singulorum pro eleemosinis colligendis determinavit.²¹ Eodem anno 1610 Visitationem canonicam omnium 13 domorum Russiae fecit. De hac sua Visitatione relationem de Statu Congregationis Russiae Romam misit.²²

Secundum hanc relationem undecim monasteria Russiae ad minus 12 fratres in singulis domibus numerabant; ex his tres Conventus, scilicet Leopoliensis Corporis Christi 70 fratres, Cameneensis 20 fratres, Choviensis 15 fratres numero habuerunt; minorum numerum domus in Sciarawce 6 fratres, et in Smotrice 3 fratres continebant. Numerus fratrum in Russia totalis ad 210 creverat. In Congregatione 2 Magistri S. Theologiae, 6 Baccalaurei, 7 Lectores, 5 Praedicatores Generales, 16 alii praedicatores erant. Status ergo Congregationis de die in diem melior fiebat.

P. Cyprianus non domi tantum sed etiam in foro Ordinis, praesertim in Capitulis Generalibus pro bono Congregationis Russiae omnibus viribus usus est. Cum lis de limitibus cum Polonis de tempore ad tempus de novo movebatur, in Capitulo Generali Parisiis anno 1611 celebrato²³ die 18. Junii²⁴ decretum obtinuit, quo limites et termini inter Congregationem Russiae et Polonię magis accurate determinati erant:²⁵ „— quos neutri partium in posterum licebit transgredi, tam in fabricandis domibus, quam in quaestibus faciendis — videlicet, Lucoria, Clewau, Czardatisko, Voiatlij, Slonin, Rosanka, Vilna, Nemeschijn, Svintrawa, Disla, Drismet.“ — Declaratumque erat: „— quod loca Toporuff et Constantinuff pertinent ad Congregationem Russiae, quia sunt intra ipsorum terminos“ — His obtenis P. Cyprianus a Capitulo — „ad petitionem fratrum Ruthenorum“ — die 17. Junii ad novum triennium Vicarius Russiae institutus,²⁶ „redit in Russiam equo advectus, cum omnium plausu.“²⁷

²¹ Okolski, I. c.; Chodykiewicz, o. c., 131; Barcz, Rys, I, 273, 275.

²² Tab. O. P. Gen., Mon. An., lib. L, pp. 272—273.

²³ Acta C. G., VI, p. 130 ssq.

²⁴ Tab. O. P. Gen., IV, tom. 56, fol. 92r; litterae de hoc ibi insertae et apud Mortier, O. c., VI, 130, nota, publicatae datum 17. Junii 1611 habent.

²⁵ Acta C. G., VI, 154.

²⁶ Tab. O. P. Gen., IV, tom. 56, fol. 92v.

²⁷ Chodykiewicz, o. c., 131.

Mox post Capitulum, die 17. Augusti 1611 P. Generalis Augustinus Galamini Cardinalis creatus fuit.²⁸ In Capitulo electivo Romae anno 1612 congregato ad supremum regimen Ordinis F. Serafinus Siccus Papiensis elevatus est.²⁹ Etiam ad hoc Capitulum Generale P. Cyprianus, Russiae Vicarius, cum P. Abrosio de Urzedow advenerunt.³⁰ P. Cyprianus nunc cum intentione restitutonis tituli Provinciae Russiae obtinendae veniens coram novo P. Magistro generali — „strenue ac incredibili zelo restitutionem Provinciae promovit“³¹ — et obtinuit. Capitulum Provinciam Russiae restituit et ei P. Gregorium de Premislia in Provincialem dedit.³² Acceptusque est pro Russia Conventus a domino Sieniuta oblatus.³³

§ 3. *Pro Russiae Provincia restituenda.*

Silentium in suppressione Provinciae Russiae imponere facile erat, illud vero tenere difficilimum. Cum Ruthenis accesus ad Urbem a P. Generali Xavierre non permittebatur, pro eis quidam *Simon a Giorgio*, Archipresbyter, Romae apud P. Generalem interpellatus est, ut saltem P. Erasmo de Leopoli Romam veniendi licentia daretur. Sed die 27. Septembris 1603 Simon a Giorgio ad P. Erasmus Senis expectantem litteras scripserat, quibus ei responsum P. Generalis negativum se accepisse fatebatur.¹ Paulus

²⁸ Mortier, o. c., VI, 186.

²⁹ Acta C. G., VI, 185; Mortier, o. c., VI, 191.

³⁰ Chodykiewicz, o. c., 131.

³¹ ibidem, l. c.

³² Acta C. G., VI, 228; de hoc fusius in paragrapho et capite sequenti.

³³ Acta C. G., VI, 228; Okolski, o. c., 96; Barcz, Rys, II, 438 ssq; Woyniak, Wykaz, II, 108.

¹ Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom. 12c, fol. 87r: „Molto Reverendo Padre. Hieri a punto hebbi un piego vostro, et doppo quello, una di Bologna, hò visto quanto si conteniva in esse, e quanto stacco, per rispondergli, è arrivato il Padre Stefano che similmente mi riporto un altra da Siena. Sua Reverentia di mattina parte verso costi, e se bene intendarà da Lui tutto il successo delle cose vostre, tuttavia brevemente ve lo accenarò in questa. E primieramente circa la vostra venuta à Roma non ci pensate in modo alcuno, perche il Padre Generale non lo vuol'intender, come vedrete dalla lettera che vi scrive. Intorno alle cose vostre io ho scritto al P. Frà Antonio tutto

Papa V. de novo per Breve de die 22. Maii 1606 suppressionem Provinciae Russiae confirmavit.² Cum Rutheni Patres titulo suae causae explicandae Romam venire non permittebatur, tandem aliquando uni eorum, P. Gregorio Premisliensi in munere legati Ducis Georgii Coributi in Wiszniowec anno 1607 Romam venire contigerat.³ Hac occasione Rutheni, P. Burlamachio duce, Summo Pontifici supplices preces porrexerant, ut eis titulus Provinciae restitueretur. Summus Pontifex absolute non negavit, sed adventum P. Burlamachii Romam hoc in negotio expectandum esse respondit.⁴ P. Burlamachius vero pertes Ruthenorum totaliter tenebat ergo hac ex parte nihil eis timendum erat.

Patribus Ruthenis in conatu pro restituendo Provinciae titulo etiam Nobiles Rutheni proceres in auxilium venerunt, quorum litterae supplices ad Summum Pontificem Paulum V., qui de Unione Ruthenorum summe sollicitus erat, in favorem petitionis Patrum magni valoris erant. Inter litteras Nobilium hac in re ad Summum Pontificem datis distinguere possumus: litteras Nobilium communes, quibus decem subscripserant; deinde litteras Nobilium privatas singillatim missas, inter quas litterae Ducis Georgii Coributi de Wiszniowec maxime eminent. — Omnes istae litterae aliquas notas characteristicas sibi communes prae se ferunt: Dominicanos Ruthenos ut „suos“ ministros salutis declarant; titulus Provinciae non solos Patres Ruthenos, sed ipsos Nobiles et totam nationem honorificat.

Litterae decem Nobilium communes pulcherrimum documentum devotionis ipsorum erga Patres nostros Ruthenos constituendo che hò operato, se più haverei fatto credo che in parte sentiamo consolatione come riceveranno le mie, che hormai seranno vicino a Leopoli, a bocca intenderete tutto il successo dal sudetto P. Stefano che per esser già l' hora tarda, non posso stendermi. Mi raccomandarete à tutti li RRPP. especialmente al RP. Vicario, P. Antonino, et P. Nicolo con P. Erasmo, e P. Antonino suo compagno, e assicurateli che io non mancaro di affaticarmi per servizio loro, et per fine lei prego dal Signore, buon viaggio. Di Roma li 27. Settembre 1603. D. V. R. Devotissimo Simon a Giorgio. Arciprete." - In tergo, fol. 92v: „Al Molto R. P. Erasmo di Leopoli, dell'Ordine di S. Domenico mio Honorando. Siena.“ Originale: ms, sigillum.

² Bullarium O. P., V, 693.

³ Theiner, Vetera Monumenta, III, 269.

⁴ Arch. S. Vatic., Nunz. Polonia, tom. 173, fol. 230v.

unt;⁵ datae erant Leopoli die Conversionis S. Pauli 1608 ad Paulum V. — Initio institutionem Provinciae S. Hyacinthi — „cum magna utilitate Ecclesiae Dei, et ornamento nationis nostrae“ — factam fuisse fatentur; deinde suppressionem seutam esse, de qua dolent; ipse Summus Pontifex informari vult — qui — „magnam partem negotii huius iam noverat, et cui antea delatum erat, tria tantum Caenobia Ruthenis esse . . . modo requirit testimonia vera, an res ita se habeat“; ulterius in conscientias suas testantur etiam illos, qui Ruthenis adempti erant, Conventus cum eis, quos habent,

⁵ Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom. 12c, fol. 73r—73v:

„Beatissime Pater.

Ante aliquot annos, dedimus litteras, ad Apostolicum thronum, sedente in eo felicis recordationis Beatissimo Patre Clemente Octavo, supplices pro nostris Ruthenis Dominicanis: ut revocati ad originarium suam distinctionem, et per Generalem suum, bonae memoriae, Hippolitum, in libertatem asserti, in Provinciae, S. Hyacinthi vocatae, nomine, cum magna utilitate Ecclesiae Dei, et ornamento nationis nostrae, permanerent. Iam enim sex ferme, ne forte septem decretis, eam provinciam sibi compararant, gravissima autoritate Sanctae Sedis interveniente, et confirmante: Ubi, cum negotium istud Sanctitati Vestrae, quando Cardinalitia dignitate, ob insignem iustitiae laudem, eminebat, et illustrissimo Domino Cardinali Aragonio ab Antecessore datum, et incorrupte fuisse, cum nostra maxima consolatione, terminatum, intellexissemus, putabamus feliciter nobiscum actum esse, et rem ad tutissimum portum iam fuisse perductam: Sed in contrarium res cessit. Nam ex Provincia, qua annis fruiti sumus, quaedam Congregatio parvula, nobis qui numero operiorum, et viribus magnis ad salutem hominum comparandam, inter Schismaticos egemus, relicta est. Mandato Pontificio id tributum erat: cui nos etiam honorifice detulimus, donec in apertum non evasit, ob quam id factum fuisse rationem. Nunquam enim potuimus credere, antecessorem Sanctitatis Vestrae hoc statuere voluisse; decreta cum decretis, et rescripta ultima, conferentes. Si quidem Sanctitas Vestra quae magnam partem negotii huius iam noverat, et cui antea delatum erat, tria tantum Caenobia Ruthenis esse (quae non sufficient ad Provinciam faciendam) modo requirit testimonia vera, an res ita se habeat; quando quidem, et desolata quaedam Caenobia, extra Ruthenicos fines consistere nonnulli falso retulerunt. Quam ob rem, etsi hoc manifestum sit, ac Mappae Regnorum hoc doceant, tamen testamur ex conscientii nostris, non tantum haec Monasteria desolata, nempe Rubri Castri, Lanczutense, Colomiense, erigi debent. Jazlovicense et Olicense, omnino in complexu Russiae loca habere, sed etiam, quae extant, et cum summo praeiudicio adempta sunt, scilicet Monasterium Praemisiense, Samboriense, Zmigrodense, Belzense, Luceo-riense, Wlodimiriense, Rubieszoviense, et Rodlense, una cum his, quibus Rutheni constricti sunt, videlicet, Camenecense, Chioviense, et Mosticense,

in complexu Russiae esse; in Russia spes monasteriorum augendorum est, — nam „augere illa numero . . . studium est nostris . . . quanquam metu futurae desolationis, aut vero ademptionis deterreat multos, ne id faciant, cum magno Ecclesiae Dei detrimento“; quapropter postea Summum pontificem, ut Conventus et Provinciam Ruthenis Dominicanis restitueret, petierunt.

Litteras Nobilium Ruthenorum Russiae Provinciam restituendam a Summo Pontifice petentes ordine chronologico recensuimus.

Dux Romanus Rozinski, quem P. Vincentius Leopoliensis, Dominicanus, ad fidem Catholicam converterat, in suis litteris, die 22. Februarii 1608 — „ex Moscovia maiori“ datis,⁶ primo historiam suae conversionis enarrat et devotionem suam arga S. Sedem magna Metropolitana civitate Leopoli, et a nobilissimo seminario eius Conventu, dependere. His enim suffultum Monasterium Leopoliense, fundere potest magnam copiam operariorum per Russiam, et in Valachiam veramque si quidem a principibus nostris et nobilibus viris, eo nomine instituta, et dotata fuerunt. Hanc ob rem augere illa numero, non minuere studium est nostris, ut in Jezupoli, Potoco, Saravca, Laticzovio, Busco, Baro, et aliis in locis: quanquam metus futurae desolationis, aut vero ademptionis deterreat multos, ne id faciant, cum magno Ecclesiae Dei detrimento. Sanctum id proculdubio decreatum erat, quod vir ille praestantis, et valde pii animi habitus, Hippolitus Generalis eorum, pro nostra Russia, quam oculis aspexit, tulerat; et quod Pontifex antecessor Sanctitatis Vestrae non semel probaverat. Huic Sanctitas Vestra si inhaeserit, et, rei veritate comperta, Provinciam nobis, et Conventus (fol. 73v) proprios et proximos restituerit, nos quidem memores tanti beneficii non parva laetitia afficiet, caeterum Ecclesiam Catholicam, cui feliciter ut praesit Deum obsecramus, magnis commodis replebit, et praesidiis adiuabit. Qui enim Sanctitatem Vestram secus informant, e re sua id agunt, vel calamitatem nostram nihil ad se pertinere putant; dummodo importunis precibus quorundam male concedant. Ad pedes, cum osculo, Sanctitatis Vestrae nos in Spiritu, eius benedictioni, nostros autem Dominicanos Ruthenos, illius protectioni, substernimus; dierum longitudinem, et regiminis Sancti felicitatem illi precantes. Leopoli in Ducatu Russiae Metropoli die Conversionis S. Pauli Apostoli. Anni Milesimi Sexcentesimi Octavi. Sanctitatis Vestrae humiles filii et servitores.“

Sequuntur decem sigilla cum subscriptionibus: Palatini Trocensis, Palatini Russiae, Palatini Podoliae, Palatini Belzensis - et sex aliorum Nobilium Vide imaginem phototypicam.

⁶ Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom. 12c, fol. 76r ssq.
huius libri.

nifestat; deinde pro Patribus Ruthenis, quos magnopere laudat, restitutionem Conventuum, quibus a Polonis privati erant, rogat. Satis mirum est, quod P. Burlamachium minus iuste titulo — „petulantis, furiosi, impetuosi, avari, numquam dicentis satis”⁷ — honorat.

Dominus Stanislaus Zolkiewski, Castellanus Leopoliensis, quamvis iam litteris communibus decem Nobilium subscipserat, die 3. Martii 1608 ex Zolkiew iterum ad Summum Pontificem scripsit:⁸ „Existimo enim nullam sollicitudinem superfluam aut otiosam iudicari, quae pro Sanctae Religionis incrementis a quo-cunque suscipiatur. Praesertim cum ad istorum Fratrum nostrae Russiae causam promovendam, plurimum nos pulcherrimi (fol. 75v) fructus, ac Deo amabiles primitiae, excitent... Vix enim aliquot anni intervenerint... Provinciamque sub Patrocinio S. Hyacinthi a Sanctitatis Vestrae antecessore consecuti sunt; etiam nova hic propemodum fecerunt omnia: reformatio vitae regularis promota, monasteria labentia suae integritati restituta, noviter erecta alia, multiplicatus duplo Fratrum numerus... insignis Ecclesiae Dei, ex huius Provinciae exemplari observantia, illuxit splendor... Dignetur Sanctitas Vestra eosdem Fratres cum Principibus S. Dominici collocare, eamque nominis sui memoriam in Russia nunquam interituram post se relinquat...“

D. Stanislaus Golski, Palatinus Barensis, in suis litteris die 5. Martii 1608 in Podhajce datis et per P. Christophorum Theologum, Dominicanum, Romam missis aliud argumentum coram Summo Pontifice affert:⁹ „Non enim templa Catholica ubique occurrunt metuentibus praesbyteris illas adire oras, quae crebris incursiobibus Scytharum sunt obnoxiae: solos Dominicanos Ruthenos ha-

⁷ Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom. 12, fol. 77r.

⁸ Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom. 12c, fol. 75r.

⁹ Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom. 12c, fol. 72r. - De P. Christophoro cfr. Tab. O. P. Gen., XIII, 459A, Baracz, Catalogus, p. 80: „P. Christophorus Premisiensis S. T. M. unus ex illis qui collapsam Societatem fratrum inter gentes peregrinantium excitare conabatur... ac cuius praedicatione et morum religiositate Stanislaus Golski... motus fuerat ad fundandum conventum nostrum una cum ecclesia murata in civitate Czartkow, ubi et idem pater Christophorus sepultus quiescit, quem effigies picta in conv. ad Podkamien Praedicatorem clarissimum nominat.“

bemus qui in illis oris fidem Catholicam propagare et nobis inservire in cultu divino audent. Isti sunt quorum studium laudabile et causam cum aliis Collegis meis Magnatis et illustribus Palatinis Sanctitati Vestrae in publicis litteris commendavi, quibus Provinciam et coenobia immerito a Russia abstracta iuraque pristina omnia restitui supplicavimus . . . Hi enim venerunt et sunt prima et firma propagandae fidei Catholicae Orienti et Septemtrioni suadendae seminaria . . ."

Ducis Georgii Coributi de Wiszn'owec litterae, quem P. Gregorius Premisliensis ad fidem Catholicam converterat, sui omnio generis et valoris anter omnium Nobilium litteras erant.¹⁰ Cum anno 1607 Dux P. Gregorium Romam in munere sui legati miserat, ille a Patribus Polonis in itinere insidias passus est; Dux vero ex hoc facto offensam sibi illatam in favorem Ruthenorum Patrum vertit et in suam satisfactionem restitutionem Provinciae urget. P. Gregorio in Brahiniū ad Ducem reverso, et auditō facto, Dux statim litteris die 15. Februari 1608 datis Paulo V. de hoc sibi conquestus est:¹¹ „Prodam atrocius quiddam, quod P. Gregorius missus a me cum declaratione obedientiae ad Sanctitatem Vestram insidias struxerunt: et in rure quodam fugaeque delatum, per manum comparatam virorum, spoliare, et capere aggressi sunt, ut vix cum sociis evaserit, antequam se in globum contulissent. (fol. 64r) Iure gentium legatos tuto ire oportet. Sanctitas Vestra reddat nobis tutum accessum ad Sedem suam si omnium est Magistra; et hos damnatos a semetipsis statuat, ac iniquitatis reos. Cum tantam vim Rutheni nostri patiantur, ipse pro illis in Urbem excurrerem, nisi me Regni turbae distinerent . . . Cado pro illis ad pedes Sanctitatis Vestrae, aurem pronam, iudicium suum, et Apostolicam consolationem illis attribuat. Hac gratia apud me nihil erit praestantius quia salutem nostram ipsi curant certissime . . . Coronet illos, quod optavi: protegat, restituat quod erant, et quae illorum sunt: ad commodum et ornamentum nostrum . . .”

Quia vero conversio Ducis de Wiszniowec Romae valde aestimabatur, certe hoc factum Polonorū Patrum Papae placere non

¹⁰ Arch. S. Vatic., Borghese, III, tom. 12c, fol. 63r—64r; Nunz. Polonia, tom. 37A, fol. 23r; 298r.

¹¹ Borghese, III, tom. 12c, fol. 63r—64r.

potuit. Cum P. Burlamachius occasione Capituli Generalis anno 1608 Romam venerat, Summo Pontifici duo memorialia Patrum Ruthenorum praesentavit: uno se Provinciam habuisse multis argumentis probant,¹² in altero conversionem Ducis Georgii de Wiszniowec in aliud novum argumentum pro se vertebant:¹³ „... et patientia nostra abutantur: ita quidem, ut proficiscentes ad Sanctitatem Vestram in legationibus a principibus viris, invadi, spoliari et capi disponant, quod in P. Gregorium a Duce Visniowiecio missum fecerunt... (fol. 71v) Causam ipsius Apostolicae nos agere ostendemus... Illi enim nos tradimus, cuius ex Patribus milites, quanquam oppressi, sumus: tamen perseverantes, et continuo Apostolicae Sedi viros etiam insignes, non tantum communem plebem adducentes... Nuda vincat iustitia: condemnare illos, vel unicus ille dolus, et impostura sufficiat, qua coram Sanctitate Vestra occulte probant, nos P. Generali beatae memoriae pro erectione Provinciae nostrae decem millia aureorum donasse. Non est in eos hucusque vindicatum. Suplices ergo provolvimus ad pedes Sanctitatis Vestrae per eos Patres qui rem totam exponent:... Utinam... ad thronum Sanctitatis Vestrae perveniant, et cum Ruth plorante, iustum sententiam, et gratiam

¹² Borghese, III, tom. 12c, fol. 60r: „Beatissime Pater. In rescripto ad Hypatium Archiepiscopum Metropolitanum Chiowiae et Russiae, in anno 1603 apud S. Petrum sub annulo Piscatoris de data Ianuarii 25 quod incipit: Geminas Fraternitatis tuae litteras... etc. Constat non fuisse S. Mem. Clementem Octavum eius sententiae, velle Provinciam S. Hyacinthi annihilare sed ea quae sunt in Capitulo Romae celebrato 1601 decreta confirmare, in quo etiam Capitulo habuit voces Provincialis supradictae Provinciae cum suo difinitore et electore, et anno integro post in robore et vigore Provincia permanxit, nec non a Rsmo P. Generali Hieronymo Xavierre nunc iam illustrissimo semper est Provincialis S. Hyacinthi in litteris ad eum datis nominatus; At quoniam in Capitulo Romano nihil quicquam decretum est contra Patres Ruthenos, iure debent gaudere titulo Provinciae quod contrariae parti nullum est damnum quo quis vestiatur colore. Petunt igitur afflictissimi Patres Rutheni ne Conventus quos modo habent, et noviter acquisiverunt proprio sudore et sanguine illis eripiantur..., imo concedatur illis licentia noyos fundandi extra Polonię... Tandem petunt licentiam a S. Sede Vestra Romae manendi, quo usque negotia sua persolvant. Quam Deus... Patres Rutheni Ord. S. Dominicī.” - Sine data.

¹³ Borghese, III, tom. 12c, fol. 71r—71v.

illam, qua Patres nostri pollebant, nobis . . . referant. Beneficium hoc Sancitatis Vestrae erit memorabile in Oriente, donec fides Catholica propagabitur, et Apostolicae Sedi obedientes filii, nascentur . . .” Quamvis Capitulum Generale Romae anno 1608 plura in favorem Ruthenorum decreverat,¹⁴ — Rutheni contenti facti non sunt;¹⁵ praesertim vero Dux Georgius in Wiszniowec satisfactus non erat. Die 2. Junii 1609 litteris suis ex „Visniowecio“ datis de novo Summo Pontifici de Polonis sibi conquestus est:¹⁶ „Sed nescio, quo facto accidere solet, ut, quemadmodum pater meus Gregorius, ad Sanctitatem Vestram missus, dispositis, in itinere, per Patres Dominicanos, qui sunt de Cracovia . . . quibusdam suae Religionis viris, qui ipsum interciperent, periclitatus erat . . . : ita nunc, in ipsa Italia, vias obsidentium, haec quae misseram, spolium sunt passa: uti ad me illmus D. Nuntius Sanctitatis Vestrae perscripsit; et hoc etiam, quod ulciscente Domino deprehensi, et tracti ad supplicium, munusculam quidem, sed non litteras ad Sanctitatem Vestram missas, protulerunt: cui propterea has meas novas adiungo, et rursum mitto. Sed quis mihi restituet occasionem (si maturius litterae meae ad manus Sanctitatis Vestrae pervenissent) bene merendi de nostris regionibus, prorsus operarios non habentibus, nisi nos Rutheni Dominicani quanquam attriti, et in angustum redacti, et honore quo ornati, imo securitate qua defensi erant, rursum a quorundam, aliud quam quae sunt Jesu Christi quaerentium calliditate, ne dicam cupiditate, spoliati iuvarent. Credo ego, vices Dei gerentem nunquam portis iustitiae clausis, sed apertis, praesidere . . . Quid impedit igitur, Sanctissime Pater, . . . quominus etiam nostri Rutheni, illam Provinciae S. Hyacinthi dignitatem, et ornamentum, quod pene sanguine sibi emunt, non dico recuperare, sed retinere possint.” Deinde laudat modernum P. Generalem Augustinum Galamini, quod P. Cyprianum pro se in Russiam miserat, — qui — „sijdus plane illustre nostris regionibus, in quibus Ruthenos Reli-

¹⁴ cfr. Acta C. S., VI, 87—88, 125.

¹⁵ Tab. O. P. Gen., lib. K, p. 120: autor Ruthenis Patribus qui Romae pacem cum Polonis subscripserunt, obiicit: „— cum nullam commissionem a suis quin potius prohibitionem de hoc faciendo nuntii haberent.“

¹⁶ Arch. S. Vatic., Nunz. Polonia, tom. 37A, fol. 23r.

giosos suos, non tam gubernare, quam potius ad virtutem allicere, et in ea confirmare videtur.“

Quod Patres Poloni pro suis huius modi factis monitum, admunus a Cardinali Protectore Borghesio, acceperunt, ex ipsorum litteris ad Cardinalem in Capitulo Provinciali Premisliae die 10. Octobris 1609 datis apparet; rogant enim:¹⁷ „Suppliciter ab Illma Celsitudine Vestra flagitamus dignetur et aliam de nostra Provincia iam satis multumque afflictissima existimationem habere et illam ut aliquantulum a turbis olim propter congregationem novam in Russia, respirare possit Sanctissimo velle commendare.“ — Hic modus loquendi totaliter novus et non consuetus in litteris e Polonia est; certissimum, si non essent rei, „aliam existimationem“ pro Provincia non peterent. Spiritus resignationis et conciliationis corda Patrum Polonorum paulatim invenire incipiebat.

Infaticabilis vere in orando Dux de Wiszniowec adhuc una vice, scilicet litteris die Nono Calendas Aprilis 1610 datis, Papam rogit, ut¹⁸ — „religiosis Viris Patribus S. Dominici in Russia atque necessitatibus eorum autoritate Apostolica subvenire“ — dignetur.

His ardentibus desideriis et gemitibus pro Russiae Provincia restituenda in Capitulo Generali Romae 1612 perfecte satis factum erat. Provincia Russiae restituta! — Hoc nuntium sane gaudiosum ipse P. Cyprianus de Castiglione e Capitulo in Rusiam reportaverat et statim ad suam nativam Provinciam Abrutinam rediit — ut Chodykiewicz fatetur:¹⁹ „— ne viatico quidem e Russia accepto, imo in eodem habitu, quem secum attulerat.“ — Hic P. Cyprianus, quartus et ultimus Vicarius Generalis Congregationis Russiae, quamvis Italus, memoriam fere immortalem sibi in Russia reliquit.²⁰

¹⁷ Arch. S. Vatic., Nunz. Polonia, tom. 37A, fol. 58r.

¹⁸ ibidem, fol. 298r.

¹⁹ Chodykiewicz, De rebus, 131.

²⁰ Chodykiewicz, o. c., 131 de ipso: „Tantae vero erat humilitatis, ut in itinere sociorum suorum, et suum lectum sterneret. Nullas contributiones a Conventibus exigebat... jejunio addictus, exemplum Religionis.“ Et p. 132: „cui Provincia Russiae immortalem debet memoriam, et gratitudinem.“

ESCHATOLOGICKÉ PŘEDSTAVY BABYLOŇANŮ

Dr. Antonín Kleveta.

Názvy Babyloňané, babylonský vztahujeme i na Asyřany, pokud výslově nerozlišujeme. Náboženské představy Asyřanů se téměř kryjí s představami Babyloňanů.

Zkratky: AB = Friedrich Delitzsch-Haupt, *Assyriologische Bibliothek*, — AL¹⁻⁵ = Friedrich Delitzsch, *Assyrische Lesestücke*¹⁻⁵, — AO = *Der Alte Orient*. — AOT = Gressmann, *Altorientalische Texte zum Alten Testament*. — BA = *Beiträge zur Assyriologie*. — Bab = *Babylonica*. — bab = *babylonsky*. — BZ = *Biblische Zeitfragen*. — CT = *Cuneiform Texts from Babylonian Tablets in the British Museum*. — DB = Vigouroux, *Dictionnaire de la Bible*. — EH = Deimel, *Enuma eliš und Hexaemeron*. — K = Kujundžík, označení pro klínopisné tabulky z Kujundžiku-Ninive, uchovávané v Britském museu. — KAR = Ebeling, *Keilschrifttexte aus Assur religiösen Inhalts*. — KB = Schrader, *Keilinschriftliche Bibliothek*. — LSSt = *Leipziger semitische Studien*. — MDOG = *Mitteilungen der Deutschen Orient-Gesellschaft*. — MVAEG = *Mitteilungen der Vorderasiatisch-Aegyptischen Gesellschaft*. — O = *Orientalia, Commentarii de rebus Assyro-Babylonicis, Arabicis, Aegyptiacis etc. editi a Pontificio Instituto Biblico*. — OLZ = *Orientalische Literaturzeitung*. — PB = Deimel, *Pantheon Babylonicum*. — IR...VR = Rawlinson, *The cuneiform Inscriptions of Western Asia*. — RArch = *Revue Archéologique*. — RAssyr = *Revue d'Assyriologie et d'Archéologie Orientale*. — RB = *Revue Biblique*, — sum = *sumersky*. — Suppl DB = Pirot, *Supplément au Dictionnaire de la Bible*. — TLVB = Ebeling, *Tod und Leben nach den Vorstellungen der Babylonier*. — TRAB = Dhorme, *Choix de textes religieux assyro-babyloniens*. — VAB = *Vorderasiatische Bibliothek*. — VAT = *Vorderasiatische Abteilung, Tontafeln*, označení pro klínopisné tabulky, uchovávané ve Státních muzeích v Berlíně. — VS = *Vorderasiatische Schriftdenkmäler der Königlichen Museen zu Berlin*. — WZKM = *Wiener Zeitschrift für Kunde des Morgenlandes*. — ZA = *Zeitschrift für Assyriologie*. — ZDMG = *Zeitschrift des Deutschen Morgenländischen Gesellschaft*.

ÚVOD

POJEM A VÝZNAM ESCHATOLOGIE U BABYLOŇANŮ PRAMENY A HLAS KRITIKY

Eschatologií u Babyloňanů rozumíme eschatologii individuální čili představy o posledních věcech, smrti, posmrtném soudu a životě posmrtném u jednotlivce. Pro universální eschatologii, t. j. pro názory na konec světa a pro ideje mesiášské nemáme u Babyloňanů dokladů.¹

Otzáka představ o posmrtném životě je beze sporu z nejdůležitějších otázek náboženských významu svrchovaně praktického. Orientace života pozemského, pohnutky lidského jednání, zkrátka životní názor, mají z největší části za podklad názor na život posmrtný. Oprávněně praví Sirachovec: „Ve všech svých skutcích pamatuj na poslední věci a na věky nezhrešíš.“ (VII, 40) Známe-li tudíž eschatologii starobylých obyvatel Mesopotamie, vnikneme po nejedné stránce dokonaleji v jejich mentalitu.

Eschatologie babylonská je však v prvé řadě důležitá po stránce historicko-náboženské. Z eschatologických názorů starých Semitů jsou nám známy podrobněji mimo názory Israelitů, o nichž mluví bible, také názory Babyloňanů. Velmi fragmentárně známe pro nedostatek pramenů eschatologické názory ostatních starých Semitů.² Nikoho nepřekvapí, že charakteristické rysy staré semitské eschatologie prostupují lidovou eschatologií izrael-

¹ Rozlišujeme přesně s katolickou exegesi mesiášské ideje od eschatologických universálních v literatuře starozákonní. Mesianismem u národa izraelského rozumíme očekávání království božího na zemi. Založí je Mesiáš. Bude královstvím duchovním, viditelným a všesvětovým. Pro katolickou exegesi a starší nekatolickou nespadá časově v dobu bezprostředně před koncem světa a tudíž ideje mesiášské se nekryjí s ideami eschatologickými universálními. Oproti názoru katolickému pokládá dnešní nekatolická exegese mesiášské představy za představy eschatologické. Srov. Gall, Basileia tou Theou, Heidelberg 1926, str. 1 a n. Někteří historikové náboženství hledají u Babyloňanů představy eschatologicko-mesiášské, obdobné názorům izraelským, leč omylem. Srov. Gall, o. c., str. 43—47, Dennefeld, Le messianisme, Paris 1929, str. 269—273.

² K názorům Feničanů na posmrtný život viz Dussaud, La notion de l'âme chez les Israélites et les Phéniciens, Syria 1935, str. 267—277, Com-

skou. Nazýváme tak u Izraelitů nejstarší stadium eschatologických představ o posmrtném životě. Zveme je lidovou eschatologií oproti eschatologii zjevené data pozdějšího. Ponurý ráz je společným charakteristickým rysem představ starých Semitů i Izraelitů o životě posmrtném. Izraelité přinesli si je jako dědictví ze společné semitské pravlasti a zůstaly po dlouhou dobu nedotčeny nadpřirozeným zjevením božím. Setkáváme se s nimi v biblických knihách hlavně nejstarších a jsou základem přesvědčení starých Izraelitů o časné odměně a časném trestu za mravní kvalitu lidských skutků, jichž se dostane člověku od Boha jedině v pozemském životě. Patří beze sporu k nedokonalostem názorů starozákonních. Ohlas jejich proniká i v pozdější biblické literatuře v dobách, kdy objevují se záblesky eschatologie zjevené dokonalejší a radostnějšího rázu, poučující o posmrtném soudu soukromém, o odměně a trestu v životě posmrtném, o vzkříšení těla a všeobecném soudu.³

I řečtí spisovatelé Strabo a Claudius Aelianus mluví o hrobě boha Béla v Babyloně. Strabo píše: „Jest tam (v Babyloně) též Bélův hrob, nyní ovšem je zbořen. Dal prý jej zbořiti Xerxes. Byl to čtverhranný jehlan z pálených cihel. Čněl do výše jednoho stadiá, rovněž stadium měřila každá z jeho stran. Alexander chtěl jej znova postaviti, což ovšem vyžadovalo mnoho práce a mnoho času. Sám násep, jež bylo nutno odstraniti, vyžadoval dvouměsíční práce desiti tisíc mužů, takže pokusu včas neukončil. Nenadál se totiž: Nemoc a smrt překvapily krále. Z pozdějších nikdo na to nepomyslil.“³⁷

O zboření podrobně vypravuje Claudius Aelianus: „Xerxes, syn Dareiův, zbořiv hrob Béla starého, nalezl dřevěnou rakev, kde ležel nebožtík v oleji. Rakev však nebyla plná. Chybělo od kraje asi na dlaň. Krakvi přiléhal široký náhrobní kámen, na němž bylo napsáno: ‚tomu, kdo otevře hrob a nenaplň rakve, nepovede se lépe‘. Xerxes přečet to, ulekl se a nařídil co nejrychleji nalít oleje. Avšak (rakev) se nenaplnila. Opět nařídil nalít. Olej však se nerozmnožil, takže zakázal nalévat, ztrácej olej nalévaný. Zavřev hrob, odtáhl z domova. Náhrobní kámen však ho nezkla-

³⁴ Delitzsch, *Assyrisches Handwörterbuch*, str. 194.

³⁵ Bellino Cylinder, K 1680, 46. Srov. Deimel, *Textus cuneiformes in usum scholae II. Transscriptio et translatio*, Romae 1926, str. 6.

³⁶ Nötscher, *Altorientalischer und alttestamentlicher Auferstehungsglauben*, str. 13.

³⁷ Strabonis *Geographia* XVI, 5.

mal v tom, co předpověděl. Shromáždiv 700.000 vojska proti Řekům, se špatnou se navrátil. Navrátil se nejohyzdněji z lidí zmřel, byv zavražděn v noci na loži od svého syna.“³⁸

Všeobecně platný zákon zavazuje i zemřelého boha sestoupit do říše posmrtné. Lze tak rozuměti velmi pravděpodobně textu dochovanému v sumerštině.³⁹ Text mluví o bohu Lillu, který je v říši posmrtné. Nelze podrobněji určiti, zda v pozadí textu je nějaký mythus, vypravující o smrti boha Lillu a jeho sestupu do říše posmrtné.⁴⁰ Když jeho sestra bohyně Egimme dotazuje se věstírny posmrtné říše na úděl bratrův, odpovídá jí Lillu prostřednictvím věstírny:

„Má osvoboditelko, má sestro, má osvoboditelko!
Paní větby, má osvoboditelko, má sestro, má osvoboditelko!
Sestro, mým rozhodujícím osudem jsi ty. Není o mne postaráno.
Paní větby, mým rozhodujícím osudem jsi ty. Není o mne posta-
ráno.
Má sestro, velká paní, mým rozhodujícím osudem jsi ty. Není
o mne postaráno.
Mým ložem je prach podsvětí. Mezi vrahy ležím.
Můj spánek je ve chvění, mezi nepřáteli jsem v zajetí.
Má sestro, se svého lože se nemohu zvednouti.
Má matko, z péče o mne zaopatří mne posvátnými dary.
paní hor, z péče o mne zaopatří mne posvátnými dary.
Má sestro, stojíc v mé domu nářku, dej mi můj podíl.
Má voda, ach! Nechť vynaloží se pro mne vše, aby byla mým
údělem.
Má matka nechť mi odváží vlny, aby na mých žebrech ležela.
Snoubenka, jež mne oplakává, nechť odváží mi obilí; mým jam-
kám(?) poskytneš deště.
Přines ke mně lože odříkávajíc „Jeho dech vane“,

³⁸ Claudi Aelianus Varia Historia XIII, 3.

³⁹ Originál uchováván v Louvru pod značkou AO 3023. Transkripcí a překlad s výkladem podává: Thureau-Dangin v RA XIX, str. 184 v článku La passion du dieu Lillu; Witzel, Tammuz-Liturgien, str. 311.

⁴⁰ Witzel řadí náš text mezi zlomky textů liturgických z kultu Tammuzova. Witzel, o. c., str. 311.

postav stolici, polož na ni posvátné dary,
na stolici prostří prostěradlo, posvátné dary přikryj jím.
Tyto dary mrtvých darované mi přines.
Vody nalej do jámy, polij prach podsvětí.
Do horkého kotlu nalej jí (vody), na jeho žár jí přines.⁴¹

Je pozoruhodné, že úděl boha Lillu v říši posmrtné je lícen podobně jako úděl zemřelého člověka. Tytéž ponuré rysy říše mrtvých vystupují zde do popředí. Podobné péče, jaké vyžaduje nebožtík po pozůstalých, dožaduje se pro sebe bůh Lillu v podsvětí.⁴²

Nemalý význam v náboženských názorech Babyloňanů má otázka osudu a kouzla. Babyloňané nebyli fatalisty v tom smyslu, že by věřili v osud, jehož nemůže žádná moc změnit. U Babyloňanů převládá opačný názor. Bohové stanoví osud jak světu, tak i sobě navzájem tak zv. osudovými tabulkami tup šimáti. Tyto tabulky nejsou podle představ Babyloňanů ničím jiným než kouzelným nástrojem. Kouzlo je podle názorů Babyloňanů jakož i mnoha jiných, hlavně primitivních národů, zvláštní tajná síla, jež má mocný vliv nejen na děje světa materiálního a lidstva, nýbrž i na božstvo samé.⁴³ Kouzlo je ovšem slepou silou, již uvede v činnost, kdokoliv vykoná s největší přesností úkony, jichž působivost kouzla vyžaduje, a správně recituje příslušnou zaklínací formuli. Vládnouti kouzlem bývá pokládáno za velké umění a stanoviti kouzlem osudy v určité dny, hlavně o novoročních slavnostech, bylo výsadou toliko předních božstev babylonského pantheonu.⁴⁴ Je ovšem známkou inferiority názorů o božstvu u Babyloňanů, jestliže činí bohy v určování osudu naprostě závislými na osudových tabulkách. Ano, zdá se, že i svrchovanost božstva je závislá na držbě osudových tabulek. Zmocní-li se jich jiné božstvo, zmocní se tím i svrchovanosti. Názor tento vyplývá

⁴¹ AO 3023, zadní strana, 10—29. Náš překlad bere zřetel hlavně ke kritickým poznámkám Witzlovým, o. c., str. 316.

⁴² Podrobný rozbor představ o říši posmrtné u Babyloňanů níže.

⁴³ Viz Lenormant, *Die Magie und Wahrsagekunst der Chaldäer*; Meissner, *Die Magie v. Babylonien und Assyrien II*, str. 198—241; Jastrow, *Die Zauber-texte v. Die Religion Babyloniens und Assyriens I*, str. 273—392.

⁴⁴ Byli to hlavně Anu, Enlil, Marduk, Nebo, Zababa, v Asyrii Aššur.

z myihu vypravujícím, kterak mythický pták Zû uloupil osudové tabulky Enlilovi.⁴⁵ Bůh bouře Adad, jehož vyzval Anu, aby odňal ptáku Zû uloupené tabulky, vymlouvá se takto:

„Můj otče, kdo by spěchal do nepřístupných hor?

Kdo je jako Zû mezi bohy, tvými dítkami?

Osudové tabulky uchopil svýma rukama.

Moc Enlilovu na se vzal, aby vydával(?) přikázání,

Zû odletěl, do hor se utekl(?)

Nelze odporovati slovu jeho úst jako (slovu) nějakého boha, boha Duranki.⁴⁶

Kdo se proti němu postaví, obrátí se v prach.“⁴⁷

Vliv kouzla může býti zamezen kouzlem silnějším. Podle této zásady mohou působiti na sebe navzájem bohové. I u nich silnější kouzlo přemáhá moc kouzla slabšího, jak poučuje nás mythologie. Pokud jsou v držení osudových tabulek, mohou sobě samým i jiným bohům stanoviti příznivý osud, chrániti se před nepřáteli, po případě i záhubou, silnějším kouzlem mohou změnit osud, jejž jim jiní bohové stanovili. Podle eposu Enuma eliš měla Tiamat tabulky osudu a dala je bohu Qingu, vůdci vzbouřených bohů, aby sobě a svým spojencům stanovil příznivý osud:

Dala mu tabulky osudu, zavěsila mu je na hrud.

„Tvůj příkaz buď nezměnitelný, nechť neochvějně trvá tvůj výrok!“

Nyní byl Qingu povýšen v držení moci Anuovy, mezi bohy, svými syny stanovil osudy.

En. eliš I, 155—158.

Slabá však byla síla osudových tabulek boha Qingu oproti síle tabulek jeho soka Marduka, jemuž bohové před bojem s Tiam-

⁴⁵ Klínopisný text: CT XV, 41; Harper, BA II, str. 467 a n., 511 a n. Transkripcí a překlad podávají Harper tamtéž, Jensen v KB VI, 1, str. 46 a n., překlad Ebeling v Gressmannových AOT, str. 141 a n. a jiní.

⁴⁶ Epitheton boha Bêla (Enlila). Srov. Deimel, PB, nr. 792.

⁴⁷ Mythos o ptáku Zû 45—51 viz v Jensen, o. c., str. 50 Text, který je na tomto místě porušen, je doplněn podle v. 89 a n., Gressmann, AOT, str. 142.

tou a její družinou vzbouřených bohů odevzdali ve slavnostním shromáždění moc určovati osudy:

„Marduku, tys nejvážnější mezi bohy,
Tvé určení nemějz sobě rovného, tvůj rozkaz bud' roven
rozkazu Anuovu.

Od nynějska nechť tvůj rozkaz je nezměnitelný,
povyšovati a ponižovati nechť je v tvé ruce.

Nechť pevně stojí tvůj výrok, nechť nekolísá tvůj rozkaz.
Nechť nikdo z bohů tvé pravomoci nepřekročí.

En. eliš IV, 5—10.

Tvé rozhodnutí, pane, bud' nad rozhodnutí bohů.
Rozkážeš-li bořiti nebo tvořiti, nechť je to pevné.“

En. eliš IV, 21—22.

Jak vidno z uvedených dokladů, byly názory Babyloňanů o bozích daleky našeho filosoficky přesného pojmu duchovosti, ne-smrtelnosti, nezávislosti a všemohoucnosti.

Božstvo je původcem lidstva a lidstvo je po každé stránce závislé na božstvu. O této pravdě přirozeného náboženství byli Babyloňané pevně přesvědčeni. O jejich názorech na původ lidstva poučuje nás několik zachovaných textů.⁴⁸ Zmíněný epos Enuma eliš vypravuje podrobně o původu člověka:

Když Marduk slovo bohů slyšel,
touží stvořiti něco uměleckého.
Otvírá ústa a mluví k Eovi,
plán, jenž v nitru svém vymyslil, oznamuje:

„Krev chci spoutati, kostem dát vzníknouti,
chci stvořiti Lullu člověka.

Nechť uložena je mu služba bohům, nechť jsou uspokojeni.“

En. eliš VI, 1—7.

⁴⁸ Přehled viz Plessis, Babylon et la Bible v Suppl. DB I, sl. 723 a n.

Odpověděl mu Ea, pronášeje k němu slovo,
k uklidnění bohů vyprávěl mu plán:

„Nechť jest obětován jeden z bohů, jejich bratr,
nechť je zabít, lidé pak nechť jsou stvořeni.
Nechť shromáždí se velcí bohové.
Onen jeden nechť jest obětován, ostatní nechť zůstanou.“

Marduk shromáždil velké bohy,
přívětivě jim odpovídaje na pozdrav, rozkazy uděluje.
Otvírá ústa svá, aby svolal bohy,
k Annunakům pronáší král slova:

„Něco věru určitého(?) jsme vám dříve oznámili,
něco určitého budu přisahati přísahou svojí.
Kdo byl ten, jenž způsobil boj,
Tiamatu ponoukl k boji, bitvu zosnoval?
Nechť obětován je ten, jenž boj způsobil.
Jeho trest naň uvalím, usedněte uklidnění.“

Odpověděli mu Igigi, velcí bohové,
králi bohů nebeských a země, rádci bohů, svému pánu:

„Qingu je to, jenž boj způsobil,
Tiamatu ponoukl k boji, bitvu zosnoval.“

Když jej spoutali, přivedli jej před boha Eu.
Uvalili naň trest, jeho žily nařízli.
Z jeho krve smísil(?) Ea lidi,⁴⁹
službu bohům jím uložil.

En. eliš VI, 9—26.

⁴⁹ Výraz „smísil“ v překladě je hypothetický. V klínopisném textě z Assuru, — viz Ebeling, KAR, Nr. 164, 26 — v němž totík je naše místo zachované, lze ze slovesa, jehož vyžaduje souvislost části totík slabíku „ib“. Druhá

Stvořitelem člověka je v uvedeném líčení bůh Ea, ač bychom podle počátku episody očekávali spíše Marduka jako stvořitele. En. eliš VI, 3. Epos připisuje mu stvoření lidstva i na jiných místech. En. eliš VI, 107, VII, 29, 30. Zjev není ovšem překvapující při literární nejednotnosti a neurovnanoosti eposu. Babylonské podání není však jednotné v otázce božstva, stvořitele lidského pokolení. Mimo Eovi a Mardukovi připisuje původ lidstva bohům Anuovi,⁵⁰ Enlilovi,⁵¹ a bohyňám Ninchartsag,⁵² Mami,⁵³ a Aruru.⁵⁴

Méně jasný obrat v En. eliš VI, 27 „z jeho krve smísil lidi“ objasňuje klínopisný text CT VI, 3, jenž mluví o bohyňi stvořitelce, kterou nazývá v. 4 Mami a v. 24 Ninchartsag. I v tomto textě zasahuje v dílo stvořitelské bůh Enki (= Ea) alespoň radou:

„Nechť se zabije nějaký bůh!
Nechť očistí se (z toho) bohové před soudem!
S jeho tělem a krví
nechť Ninchartsag smísí hlínu.
Bůh a člověk spojení v hlínu
nechť z toho vzniknou. (?)“⁵⁵

slabika je porušena. Snad zněla „ni“; pak bychom obdrželi sloveso v perfektu formy Qal ibni od kořene banū: stavěti, budovati. Pravděpodobněji však dlužno slabiku čísti „lul“. Lze tak usuzovat v dochovaném klínopisném textě ze zbývajícího svislého a části vodorovného klínu. Znaménko pro „lul“ viz Delitzsch, AL⁵, Schrifttafel 207. V tomto případě obdrželi bychom perfektum formy Qal iblul od kořene balālu: vylítí, politi, smísti. Poslední výraz nejlépe odpovídá představám Babylonianů. Srov. Bezold, Assyrisch-Babylonisches Glossar, str. 90a.

⁵⁰ Sumerský text z Nippuru Ni 10673—10652. Viz University of Pennsylvania. The Museum. Publicat. of Babylon. Sect. V, 1. Překlad a výklad podává Landersdorfer, Die sumerischen Parallelen, str. 6 a n. Sumersko-akkadský text VAT 9307. Viz Ebeling, KAR, Nr. 4. Překlad a výklad podává Landersdorfer o. c., str. 62 a n., Ebeling v Gressmannových AOT, str. 134 a n.

⁵¹ Viz texty citované v pozn. předcházející.

⁵² CT VI, 5. Viz transkripcí, překlad a výklad Ebeling, TLVB, text 37, pouhý překlad týž v Gressmannových AOT, str. 134.

⁵³ Viz text citovaný v pozn. předcházející.

⁵⁴ Viz t. zv. Chaldejskou kosmogonii, CT XIII, 35—37. Transkripcí a překlad podává Jensen, KIB VI, 1, str. 38 a n., překlad Ebeling v Gressmannových AOT, str. 130 a n. a jiní.

⁵⁵ Viz Ebeling, TLVB, str. 173, v. 20—25.

Podobného rázu je i zpráva Berossova o stvoření lidstva.⁵⁶

Přes různé obměny vyskytuje se v tradici babylonské o původu člověka tento společný rys: Lidstvo je stvořeno božstvem z hlíny, smíšené s krví, po případě s tělem usmrceného boha. Je tudíž v přirozenosti lidské prvek vyšší a nižší. Tradice zajisté pozoruhodná. Podle názoru starých Semitů je krev sídlem duše. Báje babylonské nevyjadřují tudíž nic jiného než všeobecné pevné přesvědčení starých Semitů, že duše lidská pochází od božstva.⁵⁷

Anthropologické názory na složení bytosti lidské ze dvou prvků, nutný to předpoklad eschatologie, jsou u Babyloňanů charakteristicky semitské, ve značné míře shodné s nejstaršími názory izraelskými. Hmotné tělo lidské žije, pokud v něm zůstává onen vznešenější prvek lidské bytosti, zvaný Babyloňany napištu. Etymologicky je výraz roven hebrejskému nefeš a lze s jistotou tvrditi, že rozsah obou výrazů je v babylonštině a v hebrejštině týž.⁵⁸ Babyloňan však rovněž jako Izraelita v nejstarších dobách nebyl na výši filosofického myšlení řeckého. Nemluví o podstatě principu bytosti lidské napištu, nýbrž toliko o jeho funkcích. Společný kořen jak hebrejského **נֶפֶשׁ**, tak babylonského výrazu napâšu označuje představu „dýchat“. Napištu je pro Babyloňana princip životní v člověku a v bytosti živé vůbec, který projevuje se dechem a který zůstává v člověku, pokud dýchá. S dechem opouští napištu tělo.⁵⁹ Filosoficky vyhraněný pojem duchovnosti napištu je pro Babyloňana jako vůbec pro starého Semitu pojmem příliš nesnádným. Izraelité připisovali některé funkce životnímu principu ruach. U Babyloňanů nemáme výrazu obdobného hebrejskému ruach.⁶⁰

⁵⁶ Text je dochován v podání Alexandra Polyhistora v Eusebiiově Kronice, kniha I., str. 14—18. Vydal Schöne. Řecký text podává též Plessis v Suppl. DB I, sl. 723, překlad v Gressmannových AOT, str. 137 a jinde.

⁵⁷ Srov. Gen. II, 7.

⁵⁸ Srov. Delitzsch, *Assyrisches Handwörterbuch*, heslo napištu, Gesenius, *Hebräisches und aramäisches Handwörterbuch*, heslo **נֶפֶשׁ**. Schwab, *Der Begriff der nefeš in den heiligen Schriften des Alten Testamentes*.

⁵⁹ Pro pojem zemřítí užívá babylonština též charakteristického opisného rčení šakânu napišta, t. j. odložiti duši, život. Podrobněji níže.

⁶⁰ Významem odpovídá hebrejskému ruach asyrské šâru = dech, vítr. Některé klínopisné texty mluví o „šâru ṭâbu“, t. j. dobrém dechu, jímž obdařo-

Lidstvo je podle názorů Babyloňanů jako celek závislé na božstvu svým původem a svým účelem, jímž je služba bohům. Na božstvu je naprosto závislý každý jednotlivec společnosti lidské ve svém narození, životě a smrti.⁶¹

Jako bohové mohou působiti na sebe navzájem silou kouzla, tak mohou působiti i na lidstvo jako celek a na jeho jednotlivce. Rovněž lidé mohou moc kouzla uvésti ve své služby a působiti jím na sebe navzájem.

Jako podstatný rozdíl mezi bohy a lidmi uvádějí Babyloňané nesmrtnost. Tato nesmrtnost není však nemožností zemřít, nýbrž možností nezemřít, jak plyne z naší úvahy. Tuto nesmrtnost si podrželi bohové pro sebe, jak tvrdí nymfa Sabitu Gilgameši:

„Když bohové stvořili lidstvo,
smrt určili lidstvu,
život však podrželi ve svých rukou.“⁶²

Hrdina potopy Utnapištim, který je po potopě obdařen nesmrtností a vzat k ústí řek, se stává právě nesmrtností podoben bohům podle charakteristického výroku boha Enlila:

„Dříve byl Utnapištim člověkem,
nyní Utnapištim a jeho žena budou podobni nám bohům.“

Gilgameš XI, 202—203.

Člověk, pokud je člověkem, nevyhne se smutnému údělu, stanovenému bohy. Pak-li se stane nesmrtným jako Utnapištim, stane se bohem. Výsady této dostává se však podle Babyloňanů vání bývají vynikající jedinci a oblažují podobně jako bohové své poddané. VAB II, Nr. 100, 36, 40; 141, 13 a j. Než v babylonštině výraz šáru nikdy nenabyl toho rozsahu významového a tak častého používání jako v hebrejštině, výraz ruach.

⁶¹ Viz o otázkách těchto přednášky Dhorme-ovy „Les dieux et la cité“, „Les dieux et les rois“, „Les dieux et les hommes“ v Dhorme, La religion assyro-babylonienne, str. 121—210.

⁶² Gilgameš X, sl. III, 3—5 v t. zv. Meissnerově zlomku staroakkadské recenze. Viz v Gressmanových AOT, str. 194.

zcela výjimečně jen několik málo jedinců.⁶³ Jaký úděl posmrtný je normálně určen smrtebníkům? O této otázce, jež náleží k nejponurejším stránkám náboženských představ Babyloňanů a starých Semitů vůbec, pojednáváme v dalších hlavách své práce a starých Semitů vůbec, pojednáváme v dalších hlavách své práce.
(Pokračování.)

IMPEDIMENTA MATRIMONIALIA APUD BULGAROS UNITOS

Dr. Joannes Chrys. Jaroš, C.ss.R.

P R A E F A T I O

Iam Concilium Vaticanum, quod prima vice sese praeoccupavit cum universo iure canonico orientali codificando in congressu XXXVII Commissionis Orientalis die 9 Maii 1870 celebrato sub rubrica de matrimonii impedimentis, declaravit: „Nil adeo obscurum et incertum penes Orientales quam leges quae sacramentum hoc magnum (matrimonium) respiciunt: hinc continua dubia frequentes circa eius valorem et licitudinem controversiae, cum ius orientale hac super re magna ex parte deficiat“ (Mansi 50, 109). Commissio pro codificatione canonica orientali nuperrime constituta (A. A. S. 1929, 669) causam huiusce obscuritatis et incertitudinis iam detexit: „La legislazione (ecclesiastica) orientale“ scribit cl. Korolevskij „principalmente in materia degli impedimenti (matrimoniali) ha cambiato più volte nel decorso dei secoli ed in materia matrimoniale più che in ogni altra . . . si cammina secondo le tradizioni e gli usi, perché le nostre Chiese sono troppo isolate l'una dall'altra . . . anche quelle del medesimo rito“ (Ms. studio del matrimonio: Codificazione canonica Orientale). Unde patet iam methodus, secundum quam ius matrimoniale vigens apud Unitos reconstruendum sit.

⁶³ Obožské poctě, prokazované zemřelým králům a národním hrdinům, viz Jeremias Christliebe, Die Vergöttlichung der babylonisch-assyrischen Könige, AO XIX, Heft 3/4. Podrobněji níže.

1. iuris matrimonialis investigatio per nationes (immo haud raro per provincias), non per ritus tantum multoque minus per Patriarchatus fieri debet.

2. specialius usus et consuetudines populares earumque ad ius ecclesiasticum respiciendi sunt neque solum iuris ecclesiastici examen sufficit;

3. quod examen iuris matrimonialis „viventis“ seu examen praxis ecclesiasticae consuetudinum popularium influxu a canonibus scriptis differentis faciendum est tum in historia, tum in iurisprudentia actuali: in historia secus enim deesset thesaurus, fundamentum, a quo constructio incipi debet; in iurisprudentia actuali seu in iurisprudentia post Unionem, quia haec quandoque essentialiter mutavit disciplinam orientalem aliquarum Ecclesiarum.

Quae methodus utique illis tantum systematibus iuridicis Unitorum applicatur, quae nondum aliquem codicem modernum (i. e. aliquod concilium nationale forma specifica adprobatum, vel aliquam Constitutionem Apostolicam contrarias iuris normas expresse abrogantem) habent.

En ratio, cur thesim nostram limitaverimus ad impedimenta matrimonialia apud Bulgaros. Thema nostrum igitur ius particolare tantum considerat: problematis proinde disciplinae Byzantinae communibus solvendis in tantum vacare licebit, in quantum vel necessitas vel utilitas nostri studii illud suadet. En etiam ratio, cur thesim nostram divisorimus in duas partes: historico-iuridicam et dogmatico-iuridicam, quarum prima praponderat: nam basim alterius constituit. En denique ratio, cur tantam curam attentionemque impenderimus consuetudinibus nationalibus, quae praecise apud Bulgaros usque ad saec. XIX. (annum 1880 circiter) in forma sat primitiva conservatae sunt ac proinde iam in se maximum iuristarum studium merentur.

Ceteroquin per examen historico-iuridicum utriusque systematis matrimonialis: consuetudinarii scilicet et ecclesiastici satisfacere conati sumus postulato academico nostrarum Facultatum Iuris Canonici et Civilis, secundum quod postulatum ii qui ad Lauream in utroque iure adsequendam adspirant, thesim unicum praesentare quidem possunt, talem vero quae institutum

aliquod iuridicum (ex. g. matrimonium) sub utriusque iuris adspectu consideret.

Finita dissertatione gratias ago omnibus qui me quoquo modo adiuvabant, praesertim Exc.mo D.no Angelo Iosepho Roncalli Delegato Apostolico in Turchia eiusque Secretario Rev.mo D. D. Jac. Testa, qui benignissime mihi permiserunt invisere archivum Ecclesiae Bulgaricae Unitae Constantinopoli (documenta ab anno 1860 usque ad annum 1914); item Exc.mo D.no Cyrillo Kurtev Administratori Apostolico Bulgarorum Catholicorum ritus orientalis eiusque Secretario Rev.mo D.no Clementi Paskalev, qui reliquam archivi partem Sophiae mihi aperuerunt (documenta aa. 1914—1936). Impensissimas gratias ago etiam Academiae Velehradensi cuius sumptibus thesis publicatur neconon Instituto Slavonico Pragensi quod auxilium pecuniarum pro itinere in Orientem mihi praestitit.

PARS PRIMA

HISTORICO—IURIDICA

- Nota :*
1. De valore iuridico legum consuetudinumque matrimonialium in Bulgaria secundum principia catholica agendum est in capite I partis II. Quodsi igitur utamur distinctione inter consuetudinem iuris et consuetudinem facti, aut inter ius vigens theoreticum et ius in praxi confirmatum hoc fit in hac prima parte semper sub adspectu principiorum disciplinae orthodoxae.
 2. Quo sensu consuetudines matrimoniales in Bulgaria ius vocari possunt cfr. § 4 I. capituli huius sectionis.

SECTIO PRIMA

CAPITA PRAELIMINARIA

CAPUT I.

DE DUPLICI SYSTEMATE

QUOD INSTITUTUM MATRIMONII IN BULGARIA ORDINAVIT

§ 1. Ius matrimoniale Bulgaricum usque ad saeculum XX et partim usque hodie duas notas characteristicas praesetulit, quae illud a nostrae Europae occidentalis ideologia profunde distinguunt ac primo adspectu inter se contrariae apparent: res-

pectu enim Ecclesiae orthodoxae nullum admittitur discriminem inter legislationem ecclesiasticam et statalem; de facto tamen mirus dualismus existit inter ius nationale Slavum et ius scriptum quod fere ad Byzantium Graecum reducitur. Habetur igitur respectu Ecclesiae orthodoxae unica legislatio et simul duplex systema iuris matrimonialis.

Quae distinctio inter ius scriptum et ius consuetudinarium Bulgaricum summi momenti est pro iure matrimoniali Bulgarorum historico. Imo affirmari licet: AXIS, circa quem ius matrimoniale Bulgaricum evolvitur seu ESSENTIA aut SENSUS, uti etiam dici solet, sensus historiae iuris matrimonialis Bulgarici consistit praecise in luctamine inter haec duo systemata essentialiter ab invicem differentia.

§ 2. Hodie utique res paulisper mutata est; nam: et ius matrimoniale consuetudinarium magna ex parte disparuit¹ parumque attenditur² et legislatio statalis a canonibus Orthodoxorum ceterarumque confessionum independens omni momento promulgari potest.³ Hucusque vero Status Bulgaricus recognoscit ius matrimoniale uniuscuiusque societatis religiosae et quidem pro orthodoxis expresse, pro ceteris tacite.⁴ Etiam in lege de adoptione lata die 12 Januarii a. 1890 expresse cavetur nullam cognationem ac proinde nullum impedimentum matrimoniale oriri ex hac adoptione; recognoscitur tamen existentia impedimenti ex adoptione spirituali, forma liturgica peracta iuxta usum Ecclesiae orthodoxae antehac vigentem.⁵

Ex tota sphaera iuris matrimonialis Status sibi reserverat:

1. causas de civilibus matrimonii effectibus seu quaestiones patrimoniales cum divortio praesertim vel morte unius coniugis connexas (excipiuntur Musulmani, qui etiam in hac materia autonomia gaudent).⁶

2. Praeterea praescripsit parochis Ecclesiae Bulgarae Unitae, ut exigerent a sponsis:

- a) testimonium medici de sanitate mentis et corporis⁷
- b) taxam in favorem Status,⁸ quam nuperrime adauxit⁹

3. Probabilissime ratione taxarum (i. e. ratione revisionis) exigit etiam ab Ordinariatu Curiae Episcopalis statisticam annualem matrimoniorum contractorum.¹⁰

Videamus modo characteres utriusque systematis secundum quae matrimonium ineundum et solvendum in Bulgaria regebatur, necnon relationem iuridicam eorundem inter se.

§ 3. Characteres iuris matrimonialis Bulgarorum consuetudinarii ac iuris scripti ad tres reducuntur:

I. Ius consuetudinarium est *multiforme*, ius scriptum est e contra *unitarium*: In Bulgaria non tantum omnis provincia sed et omnis vicus diversas consuetudines stricte custodiebat. Ad quam notam characteristicam plura referentur popularia proverbia uti v. g. „Omnis vicus suam legem habet“ (vox lex = zakon generalem consuetudinem designat, consuetudo particularis e contra „adet“ appellatur iuxta illud iuris popularis axioma: „Consuetudo non est lex sed lex fit!“);¹¹ aut „Ne vestram consuetudinem in nostrum vicum introducatis“;¹² „in negotia nostrae gentis nolite immisceri“.¹³ Et non solum de loco ad locum variat ius consuetudinarium Bulgarorum, sed etiam de tempore ad tempus: haud raro enim fiebat, ut tota gens pastorum ex parte meridionali transmigraret ad partem septentrionalem; praeterea crebra bella, quibus tota paeninsula „Balkanica“ per saecula vexabatur mixtionem populorum: Graeci, Turcici, et Slavi causaverunt: exinde differentiae illae iuris consuetudinarii derivant.¹⁴ Gentes quaedam ius nationale purum conservaverunt, aliae aliqua ex iure Graeco vel Musulmano (hanafitico) receperunt; nihilominus abstracta iuris consuetudinarii constructio non est impossibilis.¹⁵

Ius Bulgaricum scriptum unitarium esse diximus; sed ne haec quidem proprietas exclusive intelligenda est. Etenim versiones Slavicae quandoque per errorem interpetum vel scribarum: quandoque ex proposito Nomocanones Ecclesiae Byzantinae modificabant neque hierarchae Bulgari sive Achridenses sive Tirnovenses in iustitia administranda ius ecclesiasticum Byzantium ad apicem applicabant,¹⁶ illae tamen particularitates sistema iuris ecclesiastici byzantini non mutaverunt. Praeterea ius Byzantium in sua evolutione usque ad saeculum XI, id est usque ad Novellas Leonis VI, Sapientis et Alexii I Comneni (a. 893 et a. 1095) bifarie dividebatur in ius matrimoniale civile et ius matrimoniale ecclesiasticum,¹⁷ quae duae legislationes differebant

etiam quoad fundamentalia principia uti quoad conceptum de natura iuridica matrimonii (pro iure Byzantino civili matrimonium erat relatio facti; pro iure Byzantino ecclesiastico e contra: relatio iuris), quoad solutionem vinculi matrimonialis (in iure byzantino civili causae divortii erant demonstrativa, in iure Byzantino ecclesiastico e contra taxativae), quoad legislatorem impedimentorum matrimonialium (in iure Byzantino legislator erat imperator solus, in iure ecclesiastico hierarchae, tardius hierarchae cum imperatore) quoad subiectum impedimentorum (impedimentis iuris Byzantini civilis obligabatur omnis civis, impedimentis iuris ecclesiastici omnis baptizatus), quoad dispensationem ab impedimentis (pro iure Byzantino civili dispensatio erat actus potestatis exsecutivae, pro iure ecclesiastico e contra actus potestatis legislativae). Post mentionatas Novellas Leonis VI Sapientis et Alexii I Comneni, quibus tota iurisdictio in matrimonia Ecclesiae concessa est, etsi imperatores de matrimonio leges ferre non cessarunt, tamen distinctio inter legem et canonom facta est mere theoretica. Nam leges tanquam canones custo-

Iam Concilium Vaticanum, quod prima vice sese preoccupavit diendae erant et viceversa. In conflictu utriusque normae canones praevalent sed ex ratione mere quantitativa non qualitativa: „Necesse est” ait Mathaeus Blastares „canones maioris esse auctoritatis quam leges; hae enim ab imperatoribus *solis* conditae fuerunt et a successoribus eorum approbationem nactae sunt; canones autem a sanctis Patribus, sententia et consilio et consensu tunc temporis imperatorum fuerunt conscripti et confirmati. Attamen vererandae leges magnum pondus divinis canonibus afferrunt: partim quidem cum illis convenientes, partim vero, quae cumque in illis desunt supplentes ubi opus est.”¹⁸ Hoc principium Blastaris quod ceteroquin novum non est, nam praxim Ecclesiae in imperio Byzantino inde iam a saec. VII invectam exprimit subiit in Bulgaria modificationes et quoad applicacionem (illae enim solummodo leges valebat, quae expresse receptae sunt)¹⁹ et quoad suam formulationem theoreticam (sub Demetrio Chomateno).²⁰

II. Ius consuetudinarium Bulgaricum est tam ratione originis, quam ratione tendentiae PAGANUM, ius scriptum e contra

CHRISTIANUM licet ab erroribus ac contradictionibus ac inconsequentiis haud immune. Optimam explicationem huius characteris caput III praeliminare nostrae dissertationis praebere potest.

III. Tertia nota characteristicā, secundum quā ius consuetudinariū erat ius VIVENS (vissuto) ius scriptum e contra VIGENS (theoreticū quoad applicationē) non est utriusque systemati intrinseca. Proinde qua mensura et usque ad quod saeculum haec differentia affirmari possit examinandū est in II sectione partis historicae.

§ 4. At quaeri iam potest: sintne illae consuetudines iuridicae an merae consuetudines facti, seu quae relatio iuridica intercedat inter ius matrimoniale scriptum et ius matrimoniale consuetudinariū?

Ab Ecclesia Bulgarica sive ante sive post schisma ius matrimoniale consuetudinariū nunquam consideratum est tanquam ius autonomum, perfecte parallelum iuri scripto. Ex consuetudinum systemate aliquae tantum canonisatae et quidem iuxta haec principia:

Consuetudo iuxta legem optima legum interpres.²¹

Consuetudo „ecclesiastica non scripta“ praeter vel contra legem tanquam lex servanda est dummodo:

a) *vetus sit.*²²

b) *neque dogmatibus vel iuri divino repugnet*²³

c) *tacite saltem a legislatore adprobetur*²⁴

Nomine legislatoris autem aliud intelligebatur in principiis generalibus Ecclesiae Bulgaricae ante schisma (a. 864—1054), aliud in principiis generalibus Ecclesiae Bulgaricae iam separatae (a. 1054—1860). In iure scripto enim loco systematis Primatus receptum est statim post infaustum schisma sistema Synodalismi, quod duas in functione legislativa exercenda secum fert consequias:

a) *Potestas legifera suprema pertinet tantummodo ad concilia oecumenica.*²⁵

b) *Canones Conciliorum oecumenicorum immutari nequunt nisi ab alio Concilio oecumenico immo nec dispensandi facultas unquam competit, nisi id expresse in canone ipso statuatur.*²⁶ Quod si prima consequentia inutilem legum confusionem ac molem ali-

quatenus optime inhibeat, secunda tantis implicatur incommodis ut et ipsi quidem orthodoxi sincere fateantur vix possibile esse archaica illa Ecclesiae praescripta, quae aliis in circumstantiis orta sunt ad litteram interpretari,²⁷ hinc configunt ad interpretationes iam non strictas vel latas, sed quam maxime restrictivas et extensivas.

Ad quaestionem quaenam primi ac secundi imperii Bulgarici ad haec duo systemata iuris matrimonialis fuerit relatio cum probabilitate tantum respondere possumus: circumstantiis historicis spectatis praesertim vero si regum Bulgaricorum in omnibus imperatores Byzantinos aequiparandi studium consideretur,²⁸ haud improbabile est illos voluisse ad exemplum Basilii I Macedonis (867—886), Leonis VI Sapientis (886—902), Alexii I Comneni et aliorum legiferare de disciplina ecclesiastica, consequenter etiam de matrimonio. Hanc hypothesim insinuant:

1. *Responsa Nicolai I Papae*: rex Borisius desiderabat a Romano Pontifice institutionem Patriarchae in Bulgaria,²⁹ nam iuxta ideas Medii aevi Orientalis imperator sine Patriarcha non concipiebatur. Porro a Papa petivit collectiones iuris canonici,³⁰ libros liturgicos,³¹ collectiones iuris civilis.³² Quae omnia probabiliter Borisius rex putabat esse indispensabilia cum Byzantium imperatorem ipse vellet aequiparare quod omnibus viribus assequi studeret. Summus Pontifex revera praeter primum postulatum ceteris statim acconsensit, cum clausula tamen quoad leges civiles seu mundanas „quos autem de mundana lege libros missis nostris dedimus, cum reversi fuerint, nolumus ibique relinqui ne forte quislibet eos vobis perverse interpretetur aut falsitate quilibet violet“.³³

Sat difficile est harum legum civilium argumentum determinare;³⁴ unum solum certum est, scilicet leges illas praevalenter fuisse poenales.³⁵ Quia vero missionarii Latini mox expulsi (a. 870) libros legum civilium revera secum asportaverant,³⁶ rex novam legem poenalem promulgavit: ZAKON SUDJM LJUDEM (lex hominum iudicandorum de delictis perpetratis),³⁷ quae haud paucas de iure matrimoniali dispositiones continet.³⁸

2. De qua re rex Borisius postea a nobilibus nationis suae accusatus est quod malam seu inconvenientem et duram legem po-

pulo dedisset et de eo quod lex iudicalis (Zakon sudjm Ljudem) haud puacas normas sui fontis principalis nempe capitum XVII. et XVIII. Eclogae modificet poenasque ibidem contentas mitiget: cl. V. Zlatarski ingeniose deducit hypothesim: Eclogam Graecam viguisse in Bulgaria tanquam legem civilem inter annos 864-866 seu post conversionen officialem nationis, sed ante adventum Missionariorum Latinorum. Ne vero murmurationes nobilium exicitaret, rex Borisius, postquam leges civiles occidentis a Missionariis Latinis ablatae sunt: legem prius latam in multis retrac-tavit.³⁹

Eandem functionem ac Zakon Sudnjm Ljudem in primo imperio Bulgarico, fortasse habuerunt KNIGY ZAKONNYE (Libri legales) in secundo imperio Bulgarico; etiam hae leges ordinant nostrum institutum (matrimonium).⁴⁰

Certum est tamen:

Supremam auctoritatem civilem noluisse per hos actus legislativos in materia matrimoniali affirmare exclusivam competentiam Status hac in re, prout illam affirmant Status moderni positivismo politico ac iuridico infecti. Hoc enim esset contra ideologiam communem medii aevi, in quo Status et Ecclesia concipiebantur potius tanquam duo organa eiusdem societatis.

Item fere certum est supremam auctoritatem non recognovisse ius consuetudinarium qua tale, tum quia et familia regalis et nobilis imperii in matrimonii ineundis ius ecclesiasticum observabant,⁴¹ tum quia cum ius consuetudinarium multiforme fuisset, cognoscebatur et applicabatur tantummodo a patribus familias gentium familiarumque, non vero supremo tribunali regis, ad quod ceteroquin causae matrimoniales populi vix deferri solebant.⁴²

Sub dominatione Byzantina et Ottomana autonomia Ecclesiae hac in materia recognita est.

Basilius II. Bulgaroctonus: autonomia Ecclesiae Achridanae sancita⁴³ ac eiusdem Archiepiscopiae iurisdictione ad omnes Bulgariae eparchias extensa⁴⁴ severissime „duces“ vetuit immisceri negotiis ecclesiasticis (inter quae matrimonialia comprehendebantur) hierarchiae Achridanae.⁴⁵

Item Sultanus Mahomed II a. 1453 hac in re plenam autonomiam Ecclesiae orthodoxae reliquit.⁴⁶ Prohibuit tantum (idque

sub poena mortis) christianos mulieres musulmanas ducere uxores.⁴⁷ Utraque dispositio cum principiis generalibus iuris islamicci concordat.⁴⁸

Licet vero ius consuetudinaria post christianaे religionis receptionem nunquam qua tale valorem iuridicum obtinuerit, tamen systema sat perfectum efformat. Plures enim populus normas abstractas sciebat quin exempla afferre potuerit;⁴⁹ praeterea existunt in „codice“ consuetudinario etiam normae generales, uti v. g.: non omnium consuetudinum possumus rationem reddere;⁵⁰ necessitas nescit legem;⁵¹ mutata tempora alias consuetudines exigunt,⁵² e contra: veteri communi (villaggio) novam legem ne imponas;⁵³ ubi vis adest, ibi iustitia deest;⁵⁴ quo numerosiores leges eo maior deordinatio, aut quo numerosiores leges eo minor iustitia.

Ius consuetudinaria Bulgaricum legislatoribus carebat sicut iisdem Romae rei publicae tempore ius honorarium caruerat; sed ope oralis iurisprudentiae popularis evolvebatur. Organa eiusdem iudicia erant triplicis generis:

1. Tribunalia familiarum patriarcharum seu „zadručarum“ prae sidebat domakin (paterfamilias).
2. Tribunalia gentium seu communium prae sidebant „antiquiores“ seu (starei).
3. Tribunalia corporationum: prae sidebat „londža“.⁵⁵

Iuris consultorum collegium ipse populus per sua traditionalia proverbia, per suas vetustas caeremonias in negotiis iuridicis observatas, per suam conscientiam iuridicam maxime variis modis in „folklor“ nationali manifestatam efformabat.⁵⁶

Conclusio: Usque ad novissima tempora (a. 1860—80) matrimonia apud Bulgarios duobus regebantur systematis: iure matrimoniali scripto seu ecclesiastico et iure matrimoniali consuetudinario seu nationali populari. Quae duo systemata insignita sunt characteribus diversis: ius consuetudinaria est multiforme, paganum et vivens; ius scriptum e contra unitarium, christianum et vigens. Ius consuetudinaria recognoscetatur qua tale solummodo a populo. Pro Ecclesia et suprema auctoritate civili etiam sub dominatione Byzantina (1020—1181) et Ottomana (1394—1870) non existebat aliud ius nisi scriptum; ex consuetudine aliqua tantum recepta sunt.

Nostris temporibus ius consuetudinarium fere disparuit parumque attenditur; iura matrimonialia scripta seu officialia tot sunt, quot sunt confesiones religiosae tacite saltem recognitae.

ADNOTATIONES

¹ Diximus ius matrimoniale consuetudinarium „ex parte“ disparuisse quia ut scribit cl. Kiranov: „Всредъ селското население особно това въ извѣстн и области все още патриархалниятъ духъ и патриархалниятъ битъ си оставатъ господствующъ даже когато се срещатъ съ извѣстни противни страни на положително право“, in suo opere *ženata* (Mulier) Sofia (1929) pag. 133—134. Nihilominus distinguendum est inter urbes maiores et inter pagos necnon inter varias profesiones inhabitantium hodiernae Bulgariae. Cf. etiam articulum cl. Ganев „Нашето обичайно право и неговото отбѣlezване“ in collectione *Sbor-nik na čest st. s. Bobčev* (1909) pag. 99—108.

² Cf. Fadenhecht „Обичайното право въ българското гражданско право“. Sofia (1934).

³ Polemica de hac quaestione optime synthetizata apud Xp. Върговъ in opere invenitur „Бракъ и разводъ“ Sofia (1927) pag. 16—57.

⁴ St. Danev professor iuris internationalis privati in Facultate iuridica Sophiensi de hac re scribit „... les adhérents de chaque communauté confessionnelle suivent dans la matière la plus importante — le mariage — les prescriptions de leur loi religieuse modifiée ou complétée par l'usage ab antiquo. L'Etat ne s'en mêle pas. Bien plus: l'application de ces lois et coutumes est dans la compétence exclusive des tribunaux spéciaux — confessionnels — complètement autonomes et fonctionnant sans ingérence aucune de l'Etat. Le seul droit que l'Etat se soit réservé c'est de reconnaître ou non les communautés confessionnelles qui se forment sur son territoire. La reconnaissance peut être expresse ou tacite; in opere conception de droit international privé d'après la doctrine et la pratique n Bulgarie Paris (1931) pag. 37—43.

⁵ Cf. Alex. Bělev o. c. II. num. 3. pag. 184, n. 27.

⁶ Danev l. c. Musulmani excipiuntur qui etiam quoad has quaestiones autonomia gaudent.

⁷ Lit. circulares № 225 diei 1. Augusti 1936 missae propter legem 16. VII. 1936 in archivio Sophiensi.

⁸ Lit. circulares № 10. diei 1. Novembris 1924 sec. legem ex 26. VII. 1924 (arch. Soph.)

⁹ Archiv. Soph. (inregistr.): taxa adiecta est ex 50 ad 70 Leva.

¹⁰ Lit. circ. ministerii Cultus № 2133—48 — V. diei 4. Aprilis 1935 in archiv. Soph.

¹¹ Адетъ не е но законъ става“ apud Bobčev „Одчай и закоъ“ СПБ 1906 pag. 69.

¹² Hoc proverbium refert cl. Bobčev in articulo „Byzance et Bulgarie“: La lutte

du droit populaire bulgare contre l'influence byzantine in periodico „La Bulgarie“ (1934) 24 S 8° n. 3352/63 lingua tamen Gallica.

¹³ Ibidem.

¹⁴ Cf. praesertim apud Baldžiev o. c. SNU. IV. 157—158.

¹⁵ Ita iam cl. Bobčev a. 1893 praevidit „Обаче събрани, наредени, и систематизирани нашитѣ юридически обичаи представляватъ въ общиятѣ си начала едно (достойно за удивление) стройно цѣло“ in opusculo Нѣколко думи за българското обичайно право“ Plovdiv (1893).

¹⁶ Cf. sect. II. caput III art. 1 et 2 nostri studii.

¹⁷ Cf Zhishman o. c. pag. 15—27.

¹⁸ Πλέον τοίνον τῶν νόμων τοὺς κανόνας ἴσχυειν ἀνάγκη· οἱ μὲν γὰρ παρὰ βασιλέων μόνων συνετέθησαν καὶ παρὰ τῶν εἰσέπειτα καλῶς ἔχειν δυνομίσθησαν· οἱ δέ γε κανόνες παρὰ τῶν ἀγίων Πατέρων γνώμῃ καὶ σπουδῇ καὶ ψήφῳ τῶν τηνικόδε βασιλέων συνεγράφησαν καὶ ἐπεστηρίχθησαν “ομως γε μὴν μεγάλην δοπῆν τοῖς θεοῖς κανόσιν οἱ φιλευσεβεῖς ἐκπορίζουσι νόμοι, τὰ μὲν ἐκείνους συντρέχοντες, τὰ δὲ καὶ ἀναπληροῦντες ἄπερ ἐκείνους ἔσθ' ὅπη παρεῖτα.” in suo Συντάγμα κατὰ στοχεῖον Κ κεφ ε' (νόμος) ed. Beveregii MG (144) 1356.

¹⁹ Ita etiam sub dominatione Byzantina. Cf. notam 44 et 45.

²⁰ Cf. sect. II. caput III art. 1 § 1 n. 3 et § 2 n. 3.

²¹ 37 D I 4; 46 Basil. II. 1.

²² Ephes. can. 8. (Rhalli-Potli Συντάγμα II 203) Trul 39 (Σ II 395) 102 (Σ II 550) S. Basili 87 (Σ IV 260).

²³ „Consuetudo sine veritate vetustas erroris est“ Cyprianus ad Pompejum epist. 74. Cf. Firmiliani ep. ad Cyprianum. Inter epistolas Cypriani 75; Clementis Alexandrini Stromata lib. VIII. c. 16.

²⁴ Cf. notam 350.

²⁵ Cf Milasch-Pessić „Das Kirchenrecht der morgenländischen Kirche“ Mostar (1905) ed. 2 § 82.

²⁶ Ibidem § 19 (et ita alii omnes).

²⁷ Ita ex gr. cl. Zankow „Es ist allerdings unter den neuen politischen Verhältnissen und unter der neuen Gestaltung der Beziehungen zwischen Staat und Kirche schon kaum möglich weder die alten kirchlichen Vorschriften, die unter ganz anderen Voraussetzungen herausgegeben wurden, buchstäblich zu interpretieren . . .“ o. c. pag. 85.

²⁸ Cf. A. A. Vasiliev „Histoire de l'empire byzantin“. Paris (1932) I 291 et K. J. Jireček: „Dějiny národa bulharského“ Praha (1876) et 126 338—350.

²⁹ Resp. 72 ML (119) 1007.

³⁰ Resp. 38 ML (119) 994 et praefatio 978.

³¹ Resp. 75, 76 ML (119) 1008.

³² Resp. 13 ML (119) 986.

³³ I. c.

³⁴ Cf. varias hypotheses synthetizatas apud Bobčev „История“ pag. 118—120. Cf. etiam: M. Conrat „Römisches Recht bei Papst Nikolaus I. in Neues Archiv“ XXXVI. 724 ff.

³⁵ Hoc iam patet ex ipsis Responsis Nic. I. Pp. Cf. responsa 18—21, 24—32, 51 52, 84, 85, 90, 95, 97.

³⁶ Cf. resp. XIX Nic. I. Pp. et Bobčev „Istorija“ pag. 120.

³⁷ Disputatur utique de charactere publico ZSL (cf. Bobčev „Istorija“ pag. 149 —155); at nobis videtur propter circumstantias in textu indicatas (studium aequi-parationis Byzantio, accusatio nobilium) defendi posse, si non formalem saltem tamen aequipollentem promulgationem ZSL ex parte supremae auctoritatis civilis.

³⁸ Distinguendum est inter duplarem redactionem: breviorem et longiorem cuius articuli parenthesi includuntur. Cf. articulos 4—13 (4—13) 30 (32).

³⁹ Zlatarski o. c. 90, 113—114

⁴⁰ Editio procurata est a cl. Pavlov, a cl. V. G. Vasiljevski (Васильевски) et ab A. J. Sobolevski in „Журналъ министерства [народнаго] просвещенія“ СПБ (1886) CCXLIII Февраль pag. 317—351; 352—358.

⁴¹ Cf apud Jireček „Dějiny“ pag. 139. Idem affirmat Bobčev in articulo „Byzance et Bulgarie“ (l. c.) Utraque affirmatio multis exemplis comprobatur.

⁴² Cf. Blagoev „Курсъ по история на българското право“ Sofia (1934) 291, —293.

⁴³ Documenta relativa apud J. Ivanov habentur „Български старини изъ Македония“ Sofia (1931) pag. 547—564.

⁴⁴ o. c. 556.

⁴⁵ o. c. 561: Τιμᾶν δὲ αὐτὸν καὶ σέβεσται μεγάλως καὶ ἀκούειν τοῦ λογου αὐτοῦ καὶ τῆς παρανέσεως καὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ Βουλγαρίᾳ στρατηγοὺς καὶ λοιποὺς ἀπαιτητὰς καὶ ἄρχοντας καὶ μὴ περιμόπτειν αὐτὸν μήτε εἰς μοναστήριον Βουλγαρικὸν μήτε εἰς ἐκκλησίαν ἢ ἐν ἀωδήποτε ἐκκλησιαστικῷ ὅλῳ πράγματι μήτε κωλύειν αὐτὸν μήτε τοὺς ὑπ' αὐτὸν θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἢ ἐμποδίζειν τούτοις ἵνα μὴ μεγάλην καὶ ἀσυμπαθῆ δ τοιοῦτος ἀπὸ τῆς βασιλείας ἡμᾶν τὴν ἀγανάκτησιν ἐπισπάσηται.“ Quomodo autem observata sit haec praescriptio cf. apud Sněgarov „История на Охридската архиепископия“ Sofia (1924) I. pag. 63—88.

⁴⁶ Authenticum documentum non est conservatum; praesumpta probabilis reconstructio apud G. Genov „Положението на христианите въ Турция споредъ мюсюлманското право“ Sofia (1923) pag. 87.

⁴⁷ Ibidem pag. 65.

⁴⁸ l. c. Cf. etiam Van den Berg (Fr. de Tersant) — M. Damiens „Principes du droit musulman selon les rites d' Abou Hanîfah et Châfi' î“ Alger (1896) pag. 193 —194 et opus Ch. Gilote „Traité de droit musulman“ Bône (1854) pag. 24, 47.

⁴⁹ Cf. praesertim normas generales iuris consuetudinarii Slavorum meridionalium apud Krauss o. c. pag. IX—XVI; necnon quoad ius matrimoniale in specie apud cl. Marinov o. c. IV pag. 126—127, 142 (n. 144) 146—147 (n. —155), 166, 189. Cf. etiam allegatam in introductione nostrae theseos collectionem „Proverbiorum iuridicorum“ cl. Petev.

⁵⁰ Kraus l. c.

⁵¹ Petev (l. c.) „„Потрѣба законъ нѣма“ aut „Нужда ради законъ измѣнявъ“.

⁵² „Друго време други обычай“ apud Kraus pag. X.

⁵³ На ветхо село новъ адеть не бива“ aut На ветхо село новъ законъ не прави“ refert Petev (l. c.)

⁵⁴ „Дѣто има сила, правина нѣма“; alium sensum utique habet vox „сила“ in proverbio opposito „Дѣто е силата тамъ е правото“ Petev (l. c.)

⁵⁵ Cf. classicum opus cl. Bobčev de iure processuali consuetudinario: Българско обичайно съдебно право“ Droit coutumier judiciaire bulgare in SNU XXXIII (integrum volumen).

⁵⁶ Cf. articulum J. D. Šišmanov „Значението и задачата на нашата етнография“ in SNU I 1—65 et praesertim articulum cl. B. Bogišić „De l'importance des usages populaires juridiques“ in „la Melusine“ (1884) pag. 6.

CAPUT II.

DE „ZADRUGA“ EIUSQUE RELATIONE AD IUS MATRIMONIALE BULGARICUM CONSUETUDINARIUM

Notae praeliminares.

I. Fontes huius instituti iuridici cognoscendi inveniuntur in iisdem collectionibus quas pro iure matrimoniali Bulgarorum consuetudinario allegavimus, praesertim in collectionibus cl. Bogišić, Bobčev, Marinov, Krauss. Alia materialia quae vero conclusiones hucusque communiter receptas confirmarunt tantummodo, habentur apud Rodev „Familia patriarchalis Bulgarica“ in Annuario (Godišnik) facultatis iuridicae Sophiae (1906) pag. 268, 338, 476 sq.

II. In litteratura de hac familia patriarchali distinguenda sunt opera quae agunt:

De „Zadruga“ Slavorum in genere, ut sunt studia:

Car. Kadlec „Communio familiaris seu zadruga in iure Slavico“ (Bohemice) Praha (1898).

J. Janko „De aetate archaica Slavorum“ (Bohemice) Praha (1912).

J. Peisker „Tractatus de zadruga“ (Bohemice) Praha (1893).

De „Zadruga“ de Slavorum meridionalium.

Bogišić Balt. „De la forme familiale dite „inokosna“ de la famille rurale chez les Serbes et Croates“ Paris (1884).

Novaković D. „De la communeauté familiale la ZADRUGA“ Paris 1905.

Utěšenovič O. M. „Die Hauskommunion der Südslaven“ Wien (1859).

De „Zadruga“ Bulgarorum in specie:

N. G. Alexiev „Ist die Zadruga Hauskommunion eine juristische Person“ Borna-Leipzig (1918). Dissertatio ad Lauream in Universitate Lipsiana.

S. St. Bobčev „Vetus Bulgarica communio familiaris et hodiernus eiusdem character iuridicus“ (Bulg.) in SNU XXII (1907) pag. 207.

Deržavin „Ad quaestionem de zadruga apud Bulgarios“ (Russice).

N. D. Konsulowa „Die Grossfamilie in Bulgarien“ Erlangen 1915. Dissertatio.

Gešev „Zadruga in Bulgaria Occidentali“ in periodico „Spisanie“ 1888 XXI.

P. V. Odžakov: „Historia iuris Bulgarici. Ius familiae“ (Bulg.) Russe 1893 I tomus.

§ 1. Institutum iuridicum quod dicendum est *cardo et fundamen-tum* totius iuris consuetudinarii privati quodque aliqua vestigia etiam in iure vigenti reliquit est maior familia Bulgarica patriarchaliter organisata, cui nomen „zadruga“.⁵⁷ Eiusdem natura sat concinne describitur in art. I Codicis Civilis Croatici.⁵⁸ Brevis ac completius hoc modo exprimi potest: OECONOMICA AD-MINISTRATIVA UNIO FAMILIARUM PERSONARUMQUE QUAE INTER SE LIGANTUR: VINCOLO NECESSITUDINIS, SUBIECTIONE UNI AC ELIGIBILI PATRIFAMILIAS (DOMAKIN) COMMUNI RERUM PROPRIETATE AC USUFRUCTU.

Est igitur „zadruga“ persona iuridica (aut iuxta terminologiam iuris canonici Latini: persona moralis collegialis) quae uti talis valebat agere ac conveniri, vendere ac emere sive mobilia, sive immobilia, quae uti talis omnia iura et officia exercebat,⁵⁹ etiam tributa Statui solvebat. Hac quidem in re non omnes cultores iuris Slavici consuetudinarii concordes sunt: nam praeter nostram sententiam quam maior pars tenet iuristarum⁶⁰ dantur et aliae duae

theoriae, secundum quas zadruga esset aut institutio (persona moralis non collegialis)⁶¹ aut persona collectiva (Genossenschaft).⁶² Nihilominus in concreto seu quod consequentias pro iure matrimoniali attinet, nulla habebatur differentia: zadruga semper tamen de facto et in concreto illam sphaeram iuris absorbebat quae per se pertinere deberet ad familiam simplicem et idcirco matrimonium institutum mere sociale ad iuris positivi sphaeram nondum elevatum remansit.⁶³

§ 2. Natura zadrugae non est politica, sed mere oeconomico-administrativa. Utrum politica fuerit necne in iure historico et prae-historico disputatur. Iuxta sententiam cl. Peisker:⁶⁴ zadruga nunquam erat originale institutum Slavorum nec Slavi meridionales cum organisatione illa in hodiernam patriam venerunt sed tributarrii Byzantinorum systematis influxu qui per focolaria tributa exigeabant (non per capita sicut apud Romanos erat mos); quod sistema imperium Turcarum, cui dein Slavi subiecti erant retinuit, immo ad responsabilitatem in iure poenali extendit. Sic paulatim magnae illae familiae efformatae sunt. Probabilior tamen mihi videtur opposita sententia, non ex ratione extrinseca (praeter cl. Peisker omnes illam defendunt),⁶⁵ sed ex argumentis ab eisdem adductis:

a) Argumenta cl. Peisker non sunt persuasiva, nam effectum cum causa confundunt. Propterea enim Byzantium sistema tributarium Romanorum per capita mutavit in illud per focolaria, ut illud novis subditis Slavis in zadrugis ordinatis accommodaret et non vice versa.

b) ex paucis chrysobullis Medii aevi, uti auctor ceteroquin ipse fatetur,⁶⁶ non demonstratur familiarum patriarchalium (zadrugarum) nonexistentia, sed ad summum minor numerus membrorum eiusdem; plus vero vel minus non mutat speciem.

c) Argumentum ex testimonio Procopii et aliorum secundum quos „Slavi“ in tuguriis habitabant vilibus ac rare sparsis atque habitationis locum subinde mutare solebant,⁶⁷ ridiculum est et responsum fere non meretur: nam etiam germanica Sippe⁶⁸ et familia romana haud semper eandem materialem sedem inhabitat, et nihilominus personalitate iuridica exinde non carebat. Heic quadam cum analogia repetere possumus adagium de patre-familias romano: „non aedem et tegulas, sed ius respicimus“.⁶⁹

Nihilominus theoria Peiskeriana non est inutilis: clare enim demonstrat praesertim⁷⁰ tributarium systema dominatoris Byzantini et Ottomani retinuisse zadrugam in vita.

Restat ut positive probemus: familiam patriarchalem esse institutum originale Bulgarorum Slavorum et exstisset ut regulam generalem toto Medio aevo usque ad nostra tempora. Quae sat solide probari possunt:

a) ex analogia cum aliis populis Slavis: ceteroquin familia patriarchalis est institutum commune non tantum Slavis, sed omnibus indogermanis. Verum est quidem Bulgarios esse mixtionem gentis Slavicae cum gente Finnica sed Bulgari stirpis Finnicae, ut mox videbimus influxum in ius et organisationem militarem, non vero in ipsum ius familiare Slavorum agricolarum exercabant.⁷¹

b) existentiam zadrugae in saeculis ante actis in Bulgaria produnt:

1. Nomina antiquorum vicorum sat ordinaria, quae terminant per particulas „ovci“ aut „evci“ i. e. vicum gentis x. y.

2. Residua tribuum (plene) et gentium (vlaka, rod, bratstvo) unitatum intermediarum quondam inter familiam patriarchalem (zadrugam) et Statum.⁷²

c) Nec desunt denique argumenta ex documentis authenticis.⁷³

Nostro scopo non inservit solvere quaestionem, utrum zadruga hodierna eiusdem sit organisationis internae ac vetus familia patriarchalis, an ex antiqua monarchica familia dicta „focolari“ primum magnae fraternitates seu gentes democratice ordinatae ortae sint et ex illis denique hodiernae zadrugae, quae quaedam elementa gentis democratice ordinatae et alia elementa familiae „focolaris“ monarchicae exhibent.⁷⁴

§ 3. Membra zadrugae sunt et familiae et personae singulae: uti vidui et viduae, orphani et orphanae, vel filii adoptati ita ut omnia membra ligentur inter se vinculo necessitudinis et quidem vel consanguinitatis vel affinitatis aut cognationis spiritualis vel legalis: prout scil. filii alieni adoptati fuerint vel coram Ecclesia vel iuxta normas iuris consuetudinarii.⁷⁵ Proinde servi domestici, si qui sunt, ad zadrugam non pertinent.⁷⁶

Item si personae vinculo necessitudinis non ligatae unionem

hanc oeconomico-administrativam efformant, zadruga non oritur sed corporatio.⁷⁷ Zadrugam igitur aliquis ingreditur: per nativitatem ex iustis nuptiis, per matrimonium legitimum, per adoptionem.

§ 4. Zadruga omnibus in negotiis iuridicis repraesentatur a patrefamilias cui nomen „domakin“, tamen hic patrefamilias Bulgarus omnino a patrefamilias Romano differt:

Est *eligibilis*: eligitur quidem ad vitam a magno consilio familiae, sed ob abusus potestatis vel ob ineptitudinem deponi potest. Quandoque licet in casibus extraordinariis eligitur femina: quae possibilitas recentioris est originis; nec necessario eligitur antiquior sed ille qui cognoscitur magis idoneus licet nondum sit uxoratus.

Duae aliae formae institutionis novi patrifamilias, nempe: designatio successoris ac tacita usurpationis recognitio sunt exceptionales.

Unus tantum patrefamilias constitui potest. At in quaestionibus maioris momenti nihil decidere valet absque voto decisivo consilii familiaris. Uno verbo est: PRIMUS INTER PARES.

Praeterquam a consilio adiuvatur a matrefamilias quae plerumque, licet non necessario, simul est ipsius uxor propria cui ceterae mulieres in laboribus sive domesticis sive agricolis exemplidis obedire tenentur.⁷⁸

§ 5. Iura et officia membrorum zadrugae resumi possunt in hoc principium: UNUSQUISQUE IUXTA VIRES, UNICUIQUE IUXTA NECESSITATEM ,id est: UNUSQUISQUE IUXTA VIRES SUAS COMMUNE BONUM procurare tenetur ET ipsi A PATREFAMILIAS VEL MATREFAMILIAS ADSIGNATUM labore adimplere: tamen unusquisque recipit tantummodo iuxta propriam necessitatem, non iuxta merita: hic communismus zadrugalis non solum ad proprietatem, sed etiam ad usufructum extenditur.⁷⁹ Successio hereditaria in bonis zadrugae ne cogitari quidem potest; nam persona iuridica non moritur.⁸⁰

§ 6. Physica coabitatio membrorum zadrugae sub uno tecto, in una domo nec est nec erat ad essentiam familiae patriarchalis necessaria.⁸¹ Tamen vinculum iuridicum membrorum zadrugae secumfert aliam normam iuridicam consuetudinariam, quae etiam pro iure matrimoniali est summi momenti INVOLABILITA-

TEM DOMICILII. Hinc derivat consuetudo secundum quam mulier rapta vel fugitiva per limen domus translata nequeat amplius eripi et primae suae familiae revindicari. Patet hanc organisationem familiarem consequentias secumferre non solum pro iuribus patrimonialibus, sed etiam pro iure matrimoniali; suntque hae praecipuae:

Matrimonium fit institutum mere sociale, et non iuridicum, i. e. concipitur non ut vinculum seu relatio iuris, quod una vice contractum dissolvi nequit nisi ex causis taxative determinatis, sed ua vinculum seu relatio facti quod automatice statim dissolvitur postquam elementa eiusdem constitutiva defuerunt. Consequentiae huius conceptus pro impedimentis matrimonialibus sunt haud parvi momenti, uti videbimus in capite subsequenti. Ratio dein in eo consistit quod familia patriarchalis „zadrugae“ (qua persona iuridica) absorbet in se illam sphaeram iuris quae per se pertineret ad familiam simplicem.

Proinde haec (familia simplex) una cum matrimonio fit institutum mere sociale ad sphaeram iuris positivi consuetudinarii nondum elevatum. Praepotentia zadrugalis efficit, ut consensus utriusque partis ad matrimonium ineundum non semper requiratur, sed ut necessarius sit, e contrario consensus tum patrisfamilias, tum matris, tum (implicite saltem) totius zadrugae et in casu in quo minor natu ante maiorem matrimonium inire desideret, etiam huiusce consensus requiratur,⁸³ exinde nova oriuntur impedimenta.

Matrimonium zadrugae inservit tamquam fons novas acquirendi operatrices; ex hac ratione oeconomica:

Optime observabantur impedimenta necessitudinis (secus enim nova mulier operatrix non adquireretur). Immo in regionibus Bulgariae, ubi gentes seu „vlaka“ adhuc remanserant, membra eiusdem communis originis sibimetipsis conscientia matrimonia inter se non contrahebant, etiamsi ageretur de septimo aut octavo gradu secundum computationem germanicam veterem (Bulgaricam consuetudinariam).

E contra impedimentum aetatis in quibusdam zadrugis negligebatur: cum nempe zadruga novis operaticibus mulieribus indigens, pueros tantum quandoque haberet matrimonii incapaces

ipso patrifamilias de matrimonio filiorum inter se stipulabantur ita, ut innaturalis inaequalitas exorta sit. En quae nobis narret hac de re cl. Jireček in suo „Itinerario per Bulgariam anni 1887“: „In Caribrod, Breznik, Radomir, Kystendil et in regione circa Sophiam saepe inveni matrimonia inter viros 15-18 annorum et mulieres 20-25 annorum. Initio utique habui illos pro fratribus et sororibus maioribus natu; posterius autem coniuges illos repperi. Haec fieri solent, ut domui agricolae quam valde cito nova operatrix adquiratur“.⁸⁵ Quod testimonium per multa alia confirmatur.

Idem dicatur de impedimento impotentiae quae etsi adsit haud raro matrimonium sustinetur.⁸⁶

Zadruga non tantum effecit ut matrimonium consideraretur et esset mera facti relatio, sed ex eo quod matrimonium eidem inserviebat tanquam fons novas acquirendi operatrices et propter principium inviolabilitatis domicilii, principium consectarium organisationis patriarchalis determinavit zadruga etiam elementa constitutiva illius conviventiae, quae matrimonium (brak) vocatur: elementum formale: intentio maritalis viri vel eiusdem patrifamilias; et elementum materiale: effectiva subiectio mulieris in mariti potestatem, quae verificatur quam saepissime per deductionem (solemnam) mulieris in domum mariti.

Conclusio: Zadruga est „oeconomica administrativa unio familiarum personarumque quae inter se ligantur vinculo necessitudinis, subiectione uni ac eligibili patrifamilias, communi rerum proprietate ac usufructu.“

Quae familia patriarchalis inde ab initio existens (sive monarchice sive democratice organisata) absorbebat illam sphæram iuridicam, quae per se ad familiam simplicem pertineret et proinde familia simplex ipsumque matrimonium consideratum est uti institutum mere sociale, uti facti relatio.

Praeterea matrimonium inserviebat zadrugae uti fons novas acquirendi operatrices, exinde ortus est alter matrimonii finis: oeconomicus scopo prolis procreandae educandaeque coordinatus.

En, duae praecipuae consequentiae huius organisationis familiaris pro iure matrimoniali.

ADNOTATIONES

⁵⁷ Nomen *Zadruga* est Serbicum et quidem in quibusdam tantum regionibus usitatum. Bulgari loquuntur potius de „голѣмoto домакинство, дружина, купчина, у купъ, дружна каша“ aut circumlocutionibus utuntur: maxime illa за-дружно живѣять“. Nihilominus vox *Zadruga* tum in legislatione, tum in doctrina communiter usurpatatur.

⁵⁸ Više porodica ili kućana (domara koji na jednoj podkučnici (domu) jednim kuće gospodarom živu i zajedno gospodare to jest teže nerazdielene nepokretnine i zajedno uživaju plodine istih sačinjavau onu patrialhalnu svezu koja se *Zadruga* zove“ apud cl. Bobčev o. c. pag. 41.

⁵⁹ *Omnia iura et officia „zadrugam“ exercuise affirmari potest pro iure Bulgarorum familiae consuetudinario primae epochae: Nam sub dominatione Otomana iam admittitur peculum aliaeque derogationes in favorem singulorum membrorum tum in sphaera iuris patrimonialis tum in sphaera iuris personalis. Nihilominus in linea principii verissima sunt quae scripsit cl. Marinov: „Задругата е такава юридическа единица въ която се губиатъ всичкитѣ други единици и правата на задругата поглъщать правата на всичкитѣ семейства“. *Živa starina* vol. IV. pag. 83—85.*

⁶⁰ S. Št. Bobčev o. c. pag. 138—143; И. Леонтовичъ „О значеніи верви по Русской Правдѣ и Полицкому Статуту сравнително съ задругою юго—западныхъ Славянъ“ (ЖМНП 1867 ч. 134 я. — Древнее хорватодолматское зонадательство“ (Зап. Новор. Ун. т. II. Одесса 1886) 108, 109, 140. — Зигель „Законикъ Стефана Душана“ СПБ (1872) I 179 Em. de Laveley: „De la proprieté et de ses formes primitives IV. ed. Paris (1891) XXXI + 592 pag. 490; Balt. Bogišić „De la forme familiale dite *Inokosna* de la famille rurale chez les Serbes et Croates“ in Revue de droit internat et de legisl. comp. XVI. tome Bruxelles (1884) Etiam omnes codices iuris civilis privati definiunt *Zadrugam* tamquam personam iuridicam: Сърб. Гражд. С. чл. 57 editio 1857 item codex civ. Montis Nigri a. 1888 §§ 686, 687.

⁶¹ Утешеновић o. c. 32, 53, 116; M. Ivitch „Die Hauscommunionem“ Zemblin (1874); С. В. Пахманъ „Обычное гражданское право въ Россіи“ СПБ 2 м. 1877 и 1879.

⁶² We Alexieff o. c. 54—59; Франьо Спевецъ „О jurističkoj naravi zadrugi“ U Zagrebu (1883) str. IX.; K. Kadlec o. c. 136; Богазли „Недвижимата собственность in „Юридически Прѣгледъ“ (1900) стр. 210—211.

⁶³ In hoc omnes theoriae conveniunt *Zadrugam* scil. absorbere sphaeram iuridicam familiae simplicis; disputatur tantum quo titulo, quo fundamento!

⁶⁴ „Slovo o zádruze“ in „Národopisný sborník českosl.“ t. IV.—V. pag. 38-100.

⁶⁵ Cf. Paul Turner „Slavisches Familienrecht“ Straßburg (1874) 6 — Bobčev o. c. 23 sq. 182 sq. D. Novaković o. c. 62 sq.; Alexieff o. c. 18 sq. et ita alii omnes theoriam cl. Peisker reiecerunt. Etiam D. Novaković, quem Peisker suum praede-

cessorem designat, numquam originalitatem „zadrugae“ negaverat; tantummodo cl. J. Pekař (historicus!) theoriae Peiskerianae annuit. Cf. Český časopis historický (1900) VI 3, 243—267.

⁶⁶ o. c. 36.

⁶⁷ Apud Procopium „De bello Gothicō“ III 14 ed. Dindorf-Bonae 1833 pag. 335 (Corpus script. hist. Byzant.): „Οἰκοῦσι δὲ ἐν καλύβαις αἰχορίαις διεσκημένοι πολλῷ μὲν ἀπ' ἀλλήλων, ἀμείβοντες δε ὡς τὰ πολλὰ τὸν τῆς ἐνοικήσεως ἔκαστον χῶρον.“

⁶⁸ Cf. articulum „La famiglia nel diritto germanico“ in Encycl. Italiana XIV 777 et opera ibidem allegata.

⁶⁹ In iure Romano iurisconsulti de patrefamilias infantulo dicere solebant: „Non enim solum personam eius sed et jus de monstramus“ Ulp. l. 195 § 2 D 50, 16.

⁷⁰ Diximus „Praesertim“ quia causae conservationis familiae patriarchalis apud Slavos meridionales sunt multiplices. Cf. ex gr. apud Bobčev partem I. o. c. art. IX. pag. 132—138 „Измиране на забругата и причинитъ на това“.

⁷¹ Cf. sect. II. cap. I. art. I. § 3 nostri studii.

⁷² De residuis tribuum et gentium praesertim in classica collectione cl. Marinov Živa starina IV: 1—167.

⁷³ Procopius „De bello Gothicō“ c. XIV l. 3; Maurikios „Strategikon“ XI. 5; Const. Porphyrogenetes Leo VI Sap. „Tactica seu de re militari“ XVIII 99.

⁷⁴ Hanc theoriam defendit cl. Wl. Alexieff o. c. 5—23.

⁷⁵ Terminii technici sunt усновяване et храничество; de utroque instituto sermo redibit in sect. II. cap. IV. art. II. n 7 et 10.

⁷⁶ Cf. apud Bobčev o. c. 59—61, 143: Serios ad familiam zadrugalem non pertinere praesertim occasione dissolutionis familiae patriarchalis clarum est.

⁷⁷ Cf. apud Bobčev (l. c.); ita et alii omnes: nam fontes in hac re sunt perspicui!

⁷⁸ Marinov Ж. Ст. IV. 68—69; С. Б. Ю. О. И. 1. н. 8 pag. 52—56; Zbornik pag 59, 60.

⁷⁹ Marinov Ж. Ст. IV. 63 sq; С. Б. Ю. О. И. 1. н. 7—8 pag. 47—56; B. Bogišić „Pravni običaji kod Slovena“ pag. 35 sq.

⁸⁰ Blagoev o. c. §§ 152—155: „Терминъ завещание (завѣтъ, διαθήκη, testamentum) съществува и въ старобългарски езикъ, обаче институтъ на завещанието не националенъ български. Той е билъ пренесенъ отъ Византия въ България заедно съ христианството . . .“

⁸¹ De hoc unusquisque persuaderi potest modo pagos, ubi hucusque „zadrugae“ supervivunt, inviserit (ex gr. in regione Philippopolitana: Kuklen Borec).

⁸² Cf. praesertim apud Marinov Ж. Ст. IV. 143—144 n. 147; item apud Baldžiev o. c. SNU VII—140.

⁸³ Cf. sect. II. cap. IV. art II. n. 2.

⁸⁴ „In Gebieten, wo nur die Großfamilie sich erhalten hat, wurde mir auf meine Nachfrage versichert, daß dort als Grenze nur der 7.—8. Grad gelte und daß das Volk Ehen zwischen näheren Verwandten mehr oder weniger für unpaßend, ja sündhaft halte, trotzdem die Kirche nur Ehen bis zum 3. Grade verbiete“ Konsulowa o. c. pag. 15. E contra dicit eadem Nedelja Konsulowa in regionibus in quibus gentes (vlaka) adhuc vivunt, matrimonia non contrahuntur inter membra eius-

dem gentis „selbst bis zum 15. Verwandtschaftsgrade“ (l. c.) Idem attestatur Marinov Ж. Ст. IV. 150 sq; Karavelov „Записки за българитѣ“ Sofia (1930) pag. 140.

⁸⁵ K. Jireček „Cesty po Bulharsku“ Praha (1888) pag. 382; С.Б.Ю.О. I. 1. 150 sq.

⁸⁶ Marinov Ж. Ст. IV. 166 sq.; Popov: „Юридически обычай ръ Варненско“ in SNU XX. II. pars. (1904) pag. 16.

CAPUT III

NOTIO DE MATRIMONII NATURA IURIDICA IPSIUSQUE (NOTIONIS) CONSEQUENTIAE IN MATERIA IMPEDIMENTORUM

Notio matrimonii secundum ius consuetudinarium purum seu notio matrimonii secundum ius consuetudinarium abstractione facta ab elementis evidenter christianis, quae elementa decursu temporis notionem illam substantialiter mutaverant, ita exprimi potest: RELATIO FACTI (la convivenza) INTER VIRUM ET MULIEREM (mulieres) QUOD EX DUOBUS CONSTAT ELEMENTIS ESSENTIALIBUS CONSTITUTIVIS: EX EFFECTIVA SUBIECTIONE MULIERIS POTESTATI MARITI ET INTENTIONE MARITALI VIRI VEL EIUSDEM PATRIS-FAMILIAS.

Intentio maritalis aequa principaliter respicit et (aut) novae operaticis in familia adquisitionem et (aut) proliis procreationem et educationem. Ad hanc facti relationem constituendam utrumque elementum adsit necesse est, ad eandem rumpendam alterutrum deesse satis est. Antequam ad consequentias in materia impedimentorum describendas descendamus, definitionem nostram explicemus probemusque oportet.

A. EXPLICATIO

Diximus matrimonium secundum ius consuetudinarium nondum christianatum fuisse relationem facti seu meram fuisse convivientiam viri cum muliere (vel mulieribus). Haec facillime intelliguntur ab iis qui iuris romani studio incubuerunt; nam etiam in iure romano et partim adhuc in iure civili Graeco-Romano matrimonium erat mera facti relatio: proinde ex principio solubile.⁸⁷ Divortium sine interveniente auctoritate seu ex mutuo

consensu valet et nullitas eiusdem ne concipiebatur quidem. Causae divortii, cum enumerarentur, semper demonstrativaes fuerunt. Item praescribi non poterat forma substantialis ad valorem matrimonii vel celebratio matrimonii sub conditione suspensiva vel impedimenta quae matrimonium inde ab initio seu ipso facto dirimerent vel separatio coniugum a thoro et mensa.⁸⁸

Jus Bulgaricum consuetudinarium convenit cum iure romano non solum in eo quod in utroque iuris systemate matrimonium relatio facti habetur, sed convenit etiam in uno ex elementis constitutivis huiusce facti: scilicet in effectiva subiectione mulieris in potestatem mariti seu in deductione mulieris in domum mariti, sine qua matrimonium non concipitur.⁸⁹ Differentia inter ius Romanum et ius Bulgaricum consuetudinarium est heic tantummodo accidentalis: etenim dum in iure romano deductio mulieris in domum mariti semper requirebatur,⁹⁰ in iure Bulgarico consuetudinario aliis etiam modis mulieris in potestatem mariti effectiva subiectio symbolisari poterat.⁹¹

Quoad elementum formale differt ius Bulgaricum consuetudinarium a iure romano in obiecto huius elementi, id est in obiecto intentionis maritalis seu in fine matrimonii. Dum enim in iure romano finis matrimonii (seu obiectum intentionis maritalis) erat procreatio et educatio proles,⁹² in iure consuetudinario Bulgarico finis matrimonii est duplex; uterque aequae principalis: procreatio et educatio proles et novi operarii (novae operaticis) in familia adquisitio; alterutrius adimplendi capacitas ad matrimonium valide ineundum sufficit, nihilominus alteruter finis nequit per intentionem positive excludi, secus matrimonium aequivaleret possessioni, si finis procreationis et educationis proles positive excluderetur.

Exinde: intentio maritalis praestari potest etiam a solo patrisfamilias mariti praeter nupturientium voluntatem: casu enim quo per matrimonium principaliter quaeritur novae operaticis in familiam adquisitio. Quodsi tardius vir intentionem vel melius affectionem maritalem denegat, coniugium solvitur. Aliis verbis intentio patrisfamilias, praeter voluntatem mariti sufficit ad matrimonium initiandum, non vero ad non dissolvendum aut conservandum illud contra mariti voluntatem.

Praeterea differt notio matrimonii secundum Bulgarorum ius consuetudinarium nondum christianisatum a notione romana in altera matrimonii essentiali qualitate: dum enim matrimonium Bulgaricum secundum primitivas normas consuetudinarias erat polygynicum, matrimonium romanum erat stricte monogamicum.

B. PROBATIO

I. Argumentum: ex modis matrimonium inuendi (raptus emptio venditio, fuga, intrusio).

Elementa communia hisce modis matrimonium ineundi duo sunt: intentio maritalis viri vel eiusdem patrisfamilias et deditio mulieris in domum mariti.

Ita raptus, antiquissimus modus, matrimonium non constituebat, si libidinis explendae causa factus est (elementum enim formale defuisse) aut si mulier, antequam in domicilium viri translata sit, eidem erepta est,⁹⁴ deerat enim elementum materiale. E contra statim ut mulier per limen domus viri translata est, matrimonium initum considerabatur.⁹⁵

Item non quaelibet mulieris emptio ac in domum viri deductio matrimonium constituebat. Medio aevo enim mulier etiam intuitu servitutis venire poterat,⁹⁶ sicut ex alia parte nullatenus sufficiebat mulieris emptio intuitu matrimonii facta sine eiusdem deductione in domum mariti. Hoc sensu intelligendum est proverbium BEZ SVADBY BRAK NESTAVA „sine nuptiis matrimonium non consistit“, non quod omnes illae complexae caeremoniae populares quae per hebdomadam durari solent, ad validitatem matrimonii requirentur, sed ad matrimonii validitatem requiritur earundem essentia, scil. deductio mulieris in domum mariti.⁹⁷

Aliqui vident in emptione-venditione mulieris ipsam matrimonii Bulgarici primitivi essentiam. At immerito, nam:

Si mulieris emptio esset elementum constitutivum matrimonii, quomodo matrimonia per raptum, fugam, intrusionem inita quatalia considerari possent? Quae omnia essent furta possessiones (= concubinatus) non proprietates (= matrimonia). Consequenter et sponsalia iuris consuetudinarii, quae in substantia nihil aliud erant nisi inter familias pretii pro muliere mutua constitutio

ac eiusdem solutio⁹⁸ nunquam deesse potuissent. De facto tamen deerant quotiescumque matrimonium per raptum, fugam, vel intrusionem inibatur, et matrimonia ita contracta nihilominus semper valida a populo censebantur.⁹⁹

Si emptio mulieris elementum essentiale matrimonii constitueret, quomodo matrimonia per viri a muliere derelectionem ipso facto solverentur, statim ac illa limen domus paternae tetigisset?!¹⁰⁰ Res enim semper et ubique dominum suum clamat.

Praeterea ex iuris Bulgarici historia saltem in saeculo quo illam incipimus sat solide probatum est mulierem non fuisse obiectum, sed subiectum iuris.¹⁰¹

Ceteroquin pretium pro muliere (prid, agarlik, baba-chaka) in iure consuetudinario hodierno functionem quidem habet oeconomiam i. e. tanquam pretium pro nova operatrice acquirenda inservit,¹⁰² sed in iure consuetudinario medioaevali nondum christianisato videtur saltem habuisse functionem iuridicam i. e. fuisse pretium pro emenda patria potestate (baštino pravo).¹⁰³

Si matrimonia in mulieris emptione ac in domum viri deductione consistenter: negotium hoc conditionibus suspensivis subiici posset.¹⁰⁴ De facto tamen nunquam tali conditione subiicitur. Nec virginitatis defectus, qui in prima nocte nuptiali reperitur conditionem validitatis matrimonii constituebat, sed etiam initi coniugii est causa divortii.¹⁰⁵

Omnia denique indicia, quae in favorem illius sententiae allegari possint quae tenet matrimonium fuisse in origine institutum iuris patrimonialis, unde derivant? Nonne de fine oeconomico aequo principali cum altero matrimonii fine procreandae educandaque prolis? Sed quia finis oeconomicum numquam erat finis matrimonii unicus, ergo etiam nulla unquam perfecta inter emptionem rei ac emptionem mulieris existebat exaequatio.

Etiam in iure Romano matrimonium per coemptionem inibatur et tamen matrimonii essentia non in ipsa coemptione consistebat.

In fuga (pristanka, pobegavanje), tertio modo quo matrimonium iniri solebat, coniugium consideratur perfectum statim ut mulier domum mariti transgressa est. Quodsi antequam ingressa a suis esset erepta, matrimonium ne constituebatur quidem.¹⁰⁶

Intrusio (natrapvanje, naturvanje), quartus matrimonii inuendi

modus, est institutum iuridicum sui generis. Si quis enim cum muliere nunc „intrusa“ rem habuerit, etsi nec sponsalitia nec simplex unilateralis matrimonii promissio praecessisset atque illa eiusdem domum introierit cum matrimonium contrahendi intentione, vir eam uxorem ducere tenet. Vir coacte quidem matrimonium vult, sed tamen vult. Negotium hoc ex iure positivo non annullatur, quia sanctio haec erat omnibus nota. Manifestatio consensus (meius intentionis maritalis) ex parte viri symbolice fieri solet: mulier intrusa postquam domum viri ingressa est, abit silentio in aliquod cubiculum, vel ante Lares familiae Interrogantibus ipsam inhabitibus nihil respondet, sed aliquem domesticum peragit laborem. Vir (qui rem cum ea habuit) aliquod aliud faciendi iubet e. g. calceamenta sibi solvere aut aquam afferre et ab illo momento, effectiva scilicet subiectio potestati mariti completa, matrimonium initum consideratur.¹⁰⁷ Heic duo elementa constitutiva: formale (intentio maritalis viri) et materiale uno momento physico praestantur.

Duo igitur elementa matrimonii constitutiva: intentio maritalis viri vel eiusdem patrifamilias et effectiva subiectio potestati mariti semper reperiuntur et quidem: in fuga et in intrusione intentio maritalis etiam ex parte mulieris adest; in raptu ex parte viri tantum; in emptione-venditione, licet intentio utriusque partis vel saltem alterutrius non excludatur, haud raro tamen (adhuc in iure matrimoniali sub dominatione Ottomana) intentio maritalis solummodo a patrifamilias viri praestabatur et in aliquibus locis ab eodem etiam matrimonium consummari solebat.¹⁰⁸ Quae facta inexplicabilia manerent, nisi accipiamus: 1. matrimonium habuisse duplicem finem principalem (prolis procreationem educationemque et novae operatricis in familiam acquisitionem); 2. alterutrius finis adimplendi capacitatem satis fuisse ad matrimonium ineundum.

Dubium quoddam moveri potest quoad elementum materiale matrimonii. Theoria enim habetur iuxta quam praeter mulieris in domum mariti deductionem etiam copula carnalis ad matrimonii essentiam pertinet. Quae theoria hisce nititur argumentis:

Copula carnalis in nullo; ex quattuor modis matrimonii ineundi iam explicatas deerat; immo quadam cum solemnitate in nocte

nuptiali fieri solebat: quod inexplicabile esset, nisi valeret principium: „concupitus (non consensus) facit nuptias“

In aliquibus locis hodiernae Jugoslaviae ad quaestionem: quoniam ritu populus credit matrimonium perfici, responderunt alii „per copulam“, alii „per coronationem“ sponsorum in Ecclesia, sed etiam „per copulam“.¹⁰⁹

In Bulgaria dein, in regione vicina ipsi capitali urbi Sophiae, sponsa nonnisi post copulam uxor (bulka) appellabatur.¹¹⁰

Ad quae argumenta respondemus:

Primum argumentum certe non est peremptorium: Nox nuptialis propterea nunquam deest, ut probetur a) mulieris virginitas, b) utriusque coeundi potentia. Nox nuptialis propterea solemnitatibus circumdatur, ut finis matrimonii principialis exprimatur (prolis procreatio).¹¹¹

Secundum et tertium argumentum per alia testimonia multo numerosiora eliminantur, secundum quae testimonia sponsa, statim ac per limen domus mariti translata est, uxor appellatur.¹¹² Praeterea si copula carnalis ad essentiam matrimonii pertineret, quomodo matrimonia haberi possent conviventiae notorie impotentium?¹¹³ Impotentia non constituit requisitum absolutum matrimonii, uti in iure romano illud constituebat ubi finis coniugii primarius (unicus) erat prolis procreatio et educatio. In iure vero Bulgarorum consuetudinario, uti iam pluries diximus, nec prolis procreatio, nec capacitas ad eandem absolute ad matrimonium requiritur, dummodo saltem secundus finis aequa principalis oeconomicus adimpleatur!

II. Argumentum ex divortio: Separatio a toro et mensa est institutum in iure Bulgarico consuetudinario ignotum.¹¹⁴ Quoad divortium (perfectum) distinguendum est inter principia theoretica ex una parte eorumque applicationem ex altera. Deinde distinguendum est inter principia theoretica iuris consuetudinarii nondum christianisati et inter principia iuris consuetudinarii iam christiani.

Examine peracto iuris consuetudinarii secundum has distinctiones videmus:

Divortium semper exceptionalem et difficilem applicationem habuisse, exceptionalem, quia moralitas populi Bulgarici alta semper

fuit et hucusque, capitali urbe Bulgariae forsan excepta, alta est;¹¹⁵ difficilem, quia repulsa uxore aut viro derelicto honos totius familiae patriarchalis ad quam mulier redibat vel ex qua egressa fuit, laedebatur. Inde ad evitandas inimicitias familiae patriarchales (zadruge) coniuges ad fidelitatem usque ad mortem servandam cogebant. Haec praxis etiam ex aliquibus proverbii elucet. „Facile est ut matrimonium ineas, difficile ut illud dissolvas“. „Quodsi ioco (inconsiderate) matrimonium iniisti, consequentias funestas nunc patiaris.“ „Bona an mala uxor tibi est, sustineas illam.“¹¹⁶

Principia theoretica iuris consuetudinarii sub dominatione Ottomana iam christianisata sunt: immo conscientia popularis haud semel severior sese ostendit quam ipsa Ecclesia orthodoxa. Ordinarie non admittebantur nisi tres causae divortii.¹¹⁷ Attamen secundum principia iuris matrimonialis consuetudinarii nondum christianisati admittebatur divortium triplex: ex repudio, ex derelictione, ex mutuo consensu.

Casu derelictionis matrimonium non solvitur statim ac intentio maritalis ex parte uxoris defecit, sed statim ac limen propriae familiae transgressa est. En novum argumentum quod tantum a parte viri (vel eiusdem patrisfamilias) intentio maritalis requirebatur ad matrimonii essentiam. E contra in divortiis ex repudio vel ex mutuo consensu sola voluntatis proditio ad matrimonium solvendum sufficiebat.¹¹⁸

III. argumentum ex impedimentorum divisione: Impedimenta iuris consuetudinarii sunt impedimentia tantum. Ea vero quae ipso facto matrimonium dirimunt aut sunt in ius consuetudinarium a iure scripto seu ecclesiastico introducta aut requisita elementorum essentialium ad matrimonium considerant.

Quod argumentum per obiectionem: populum non esse iurisperitum, ita ut distinguere sciat inter negotia iuridica nulla, annullabilia et illicita eliminari nequit, quia si diligent studi studio aliorum institutorum iuris privati consuetudinarii incumbimus, reperiemus existentiam huius distinctionis in negotiis iuridicis ineundis.¹¹⁹ Verum quidem est: populum theoretica principia non nosse, sed etiam ille qui patrio utitur sermone persaepe principia theoretica grammaticae non novit, quamvis in concreto eadem optime applicet.

Quodsi examini singula impedimenta iuris consuetudinarii subiiciamus, facile persuasum: nobis erit non dari in iure matrimoniali Bulgarorum consuetudinario **impedimenta dirimentia**:

Impedimentum dictum „koritanstvo“ secundum quod filiifamilias ac filiaeefamilias matrimonium inire debent ordine quo nati sunt servato: quodsi quis exceptionem pro semetipso fieri desiderat, consensu maioris natu (natae) indiget: licentia non impetrata vel eadem denegata (sive iuste, sive iniuste) matrimonium inire nequit. Quodsi nihilominus illud inierit, nedum a familia, sed a tota gente expellitur. Matrimonium autem sustinetur; in facto enim consistit.¹²⁰

Etiam impedimentum defectus consensus parentum, quotiescumque non servatur, nullam aliam sanctionem adnexam habet nisi maledictionem et ex familia expulsionem. Pater ad filium cui consensum ad matrimonium ineundum denegat: si ille, obstinate declarat se nihilominus matrimonium initurum esse, respondet: „Videbimus ubinam tuam sponsam sis deducturus!“ Defectus igitur consensus patrisfamilias et zadrugae est impedimentum dirimens tantum in casu, si filiusfamilias contra voluntatem patrisfamilias vel zadrugae illam duceret in domum in qua potestatem non habet; at in hoc casu deesset elementum ipsum essentiale matrimonii: effectiva subiectio mulieris potestati mariti seu deductio eiusdem in domum, ubi quis potestatem habet (sive actu, sive virtualiter).¹²¹

Inobservantia impedimentorum necessitudinis conscientia populari tamquam peccatum improbat, attamen matrimonia contra eiusmodi normas inita non considerantur ut concubinatus. Immo concubinatus est institutum iuri consuetudinario Bulgarorum plane ignotum.¹²²

Fornicationis impedimentum prohibet, ne quis cum alia nisi cum seducta matrimonium ineat. Quodsi tamen init (quod in praxi difficillimum erat), coniugium sustinetur.¹²³

Servitutem ipsam constituisse impedimentum dirimens probari nequit;¹²⁴ quodsi constituebat, non erat impedimentum proprium dictum, i. e. non erat defectus requisiti legalis iuris positivi, sed erat defectus ipsius elementi essentialis matrimonii: nam obiectum iuris (servus) intentionem maritalem habere nequit, obiectum

iuris relationem personalem (matrimonium) cum subiecto iuris inire non potest. Item impedimentum ligaminis ex parte mulieris matrimonium ipso facto dirimebat, quia mulier potestatis domesticae expers alium virum in domum mariti deducere non poterat.

Denique impedimenta aetatis et impotentiae matrimonium dirimebant, melius dictum, matrimonii initium impossibile efficiebant, sed tantum quotiescumque finis proliis procreandae educandaeque unice respiciebatur: nam hoc in casu deerat fundamentum (objecum) ipsius elementi essentialis: intentio maritalis.

IV. Profundissima autem ratio, cur matrimonium vi principiorum iuris consuetudinarii nondum christianisati institutum sociale sit et non iuridicum (non proprietati per analogiam assimilandum), sed relatio facti (possessioni potius aequiparanda), est eadem ac in iure romano: societas domestica seu familia sensu moderno non vivebat in Statu immediate, sed in familia patriarchali (in zadruga), quae absorbebat et ordinabat per se ipsam initio saltem totam sphaeram iuris privati, quae hodie pertinet ad familiam simplicem ordinariam.

Quo magis haec familia patriarchalis dissolvitur, eo facilius conceptus christianus de matrimonio contractu-sacramento vincit conceptum paganum de matrimonio facto, quia eo magis societas domestica characterem induit iuridicum simul ac exuit illum mere socialem.

V. Matrimonium secundum ius consuetudinarium nondum christianisatum non fuisse stricte monogamicum, i. e. polygyniam vixisse inter Bulgaros peremptorie probatur ex documentis historicis.¹²⁵

Consequentiae huiusce notionis de matrimonii natura iuridica in materia impedimentorum sunt gravissimae:

Ex iure consuetudinario (si solum existeret) nec impedimentum impotentiae nec impedimentum aetatis agnosceretur plene: si enim procreatio impossibilis evadat (finis physicus), secundus tamen finis oeconomicus aequa principalis, id est: novi operarii in familia adquisitio, adimpleri potest. Tantummodo si quis primi finis adimpletionem statim urgere velit, matrimonia cum impubere vel impotente sunt ipso facta invalida.

Impedimentum ligaminis tantum relate ad mulieres agnoscere-

tur. Nemo enim potestati duorum simul subiectus esse potest, ita ut cum analogia dici potest: duorum vel plurium in solidum dominium esse non potest. „Condominium“ mulierum autem i. e. polyandria nunquam inter Bulgaros cognita est.

Patet etiam omnia impedimenta quae intuitu religionis christiana introducta sunt (impedimentum voti, ordinis sacri, disparitatis cultus) vel intuitu honestatis a religione (impedimentum cognationis spiritualis, affinitatis, adulterii) ex notione de matrimonii natura iuridica secundum ius consuetudinarium purum: non derivari; proinde abusus hac in re possibles saltem esse.

Impedimenta necessitudinis (consanguinitatis saltem) servantur, quia secus nec primum finem (prolis procreationem) nec secundus (novae operatricis acquisitionem) assequi possent. Minus impedimenta affinitatis, adoptionis in fratrem vel adoptionis in filium repugnant.

Impedimentum raptus utique non existit. Consideratur enim tanquam unus ex modis, quibus matrimonium initiari solet.

Ex notione de matrimonii natura iuridica modo explicata ac probata ipsam impedimentorum notionem ac eorumdem divisiones dare possumus: Impedimenta matrimonialia iuris consuetudinarii proprie dicta (Ehehindernisse) definiri possunt: „qualitates personales matrimonio praeeistentes quae illud ineundum impediunt tantum“ Quodsi per impedimenta matrimonialia intelligimus etiam illas qualitates personales matrimonio praeeistentes quae fundamentum praebent elementis eiusdem constitutivis (Ehefordernisse) impedimentum iuris consuetudinarii puri definiendum est: „qualitas personalis matrimonio praeeexistens quae illud vel impossibile reddit vel impedit“

Secundum hanc alteram definitionem impedimenta matrimonialia iuris consuetudinarii dividuntur:

- a) In impedimenta dirimentia et impedientia.
- b) In impedimenta iuris publici et impedimenta iuris privati, prout iisdem urgendis pactis privatorum renuntiari potest (uti impedimento aetatis, impotentiae) vel non potest („ceteris omnibus“).
- c) In impedimenta viri et impedimenta mulieris: polygynia enim existente impedimentum ligaminis viget tantum pro mulieribus.

Ad veram iuris scripti construendam definitionem distinguendum est inter ius Byzantino-Slavum civile et ius Byzantino-Slavum ecclesiasticum. In utroque vero iure respicienda est notionis matrimonii historica evolutio tum in fontibus legislativis tum in iurisprudentia:

I. Vix negari potest notionem Romanam de matrimonio relatione facti in iure Byzantino civili tempore dynastiae Isauricae per Eclogam¹²⁶ ac dein post brevem interruptionem (Procheiron, Epanagoge, Basilicalia) tempore Leonis VI Sapientis ac successorum per eorundem novellas constitutiones transformatam esse in notionem de matrimonio relatione iuris.¹²⁷

Ecclesia autem inde ab initio ideam nunc universe receptam de matrimonio vinculo iuris propugnavit: est enim matrimonium christianum ex principio insolubile: consensus (non affectio) una vice datus amplius revocari nequit nisi ex causis taxative determinatis.¹²⁸ Ad matrimonium valide ineundum absentia impedimentorum legalium et tardius observantia formae substantialis (coronationis) requiritur.

Tamen propter defectum principiorum generalium in iure ecclesiastico orientali eo vel magis quod sistema iuris civilis ac ecclesiastici inde a saec. IX tamquam sistema unicum concipiebatur et quidem tam in Byzantio quam in Bulgaria principia iuris Romani et in nostra materia axioma „Non coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio“ (1. 32 § 13 Dig. XXIV, 1) seu notio matrimonii Romanorum qui illud tamquam relationem facti concipiebant vestigia sua etiam in iure ecclesiastico reliquit.

a) matrimonium sub conditione celebratum ne concipiebatur quidem.¹²⁹

b) Item separatio a thoro et mensa.¹³⁰

c) Doctrina de vinculi matrimoniali solutione largam accepit interpretationem.¹³¹

Videbimus postea (in capite IV, secundae sectionis) quomodo haec vestigia in ulteriore evolutione iuris ecclesiastici matrimonialis in Bulgaria sub dominatione Ottomana per contactum cum iure consuetudinario parim eliminata sint.

II. Finis matrimonii principalis iam in Genesi I, 28 occasione institutionis coniugii a Creatore claris verbis promulgatur: Cres-

cite et multiplicamini et replete terram; deinceps saepius in Sacris Scripturis tam Veteris quam Novi Testamenti inculcatur cum omnibus consequentiis.¹³² Etiam ius Romanum sive Classicum sive Iustinianaeum necnon ius Byzantinum civile finem coniugii principalem esse procreationem et educationem prolis indubitanter stabilivit.¹³³ Consequenter impotentia non tantummodo divortii causa erat sed etiam impedimentum matrimonii dirimens, melius requisitum matrimonii essentiale.¹³⁴

Nihilominus in iurisprudentia Ecclesiae Bulgaricae orthodoxae, saltem novissimis temporibus, error qui fallax idealismi nomen praesefert irrepsit secundum quem: finis matrimonii primarius non est prolis procreatio et educatio (realismus), sed consortium omnis vitae mutuumque adiutorium; copula et procreatio prolis sunt tantummodo matrimonii effectus (idealismus).¹³⁵

Critica philosophico-theologica huius doctrinae (idealismi) philosophis ac theologis relinquenda est.¹³⁶ Nostra tantum examis historico-iuridici de eadem interest nempe *num et in quantum* in Bulgaria recepta et applicata sit:

1. verum est nullum unquam canonem stabilisse, melius confirmasse impedimentum impotentiae.¹³⁷

2. Imo etiam textus iuris Romani et Byzantini civilis qui in Ecclesia Bulgarica recepti seu canonisati sunt semper de impotentia loquuntur tanquam de causa divortii.¹³⁸

Ratio huius defectus est evidens: impotentia qua impedimentum natura sua occultum non cognoscitur nisi post matrimonium contractum et in foro externo non cognoscitur nisi ab una parte accusetur: proinde impotentia in iurisprudentia matrimoniali practice et de facto non apparet nisi ut causa divortii. Ex quo tamen peremptorie deduci nequit Ecclesiam Bulgaricam inde ab initio recognovisse tanquam coniugii scopum principalem: mutuum adiutorium sponsorum (idealismus). Textus legales praxi destinati theorias non evolvunt. Theoria iuris Byzantino-Slavonici ex operibus interpretum evolvenda est: pro Ecclesia Bulgarorum ex operibus Demetrii Chomateni, Mathaei Blastaris, Constantini Harmenopuli: Demetrius Chomatenus (saec. XIII) tantum per transennam de matrimonii fine mentionem facit. Interrogatus enim, utrum surdo-mutus matrimonium validum contrahere pos-

sit necne, respondet per omnia posse quia hic defectus nil sexuali potentiae necessariae ad coniugii constitutionem obstat.¹³⁹ Mathaeus Blastares affert Novellam XCVIII Leonis VI Sapientis, quae clare de re loquitur: „Conditor cum initio marem et feminam consociaret ad largum quod inde exiturum esset incrementum respiciens, consociationem illam faciebat; quin et... scopus ab Ipsomet coniugali unioni coniugatus est, ut sobolis procreatio procedat. Proinde coniugium cum eunucho, ne ab initio quidem vocari potest matrimonium.¹⁴⁰ Constantinus Harmenopoulos denique declarat impedimentum aetatis habere relationem ad matrimonii finem principalem seu stabilitum esse propter coeundi et generandi potestatem: „Oportet autem (ut iustae seu validae nuptiae contrahantur) masculos esse puberes, feminas viri potentes, hoc est illos quattuordecim excessisse annos, has duodecim esse maiores. Atque haec dicimus sive alieni sive sui iuris sunt qui nuptiis iunguntur.“¹⁴¹

Non deerant igitur in Ecclesia Bulgarica textus licet non officiales, saltem usuales qui sat dilucide finem matrimonii principalem recte indicabant. In quantum vero genuina doctrina in iurisprudentiam matrimonialem Ecclesiae Bulgaricae decursu saeculorum traducta sit, videbimus in sectione II.

III. Quod monogamiam spectat: unam ex qualitatibus coniugii essentialibus: nulla unquam existebat differentia inter ius matrimoniale Byzantium (et Byzantium-Slavum) civile et ecclesiasticum. Utrumque enim ius polygyniam simultaneam severissimis poenis persequebatur.¹⁴²

Exinde fortasse hic abusus ex iure Bulgarorum consuetudinario primus disparuit.

IV. Ut iam innuimus: Principia de indissolubilitate ac solubilitate vinculi matrimonialis dependent a notione de natura iuridica matrimonii ipsius: Quotiescumque enim matrimonium concipitur ut relatio facti, ex principio est solubile; solutio vinculi puniri quidem potest, invalidari non potest, causae solutionis non possunt esse nisi demonstrativa, sententia iudicialis non potest esse nisi declarativa; ceteroquin quodsi processus instruatur (uti saepe apud Bulgaros fiebat) hic fit ad effectus poenales et matrimoniales verificandos aut stabiendos. E contra si matrimonium

concipitur uti relatio iuris, est ex principio insolubile; solutio vinculi non solum puniri sed etiam invalidari potest, causae solutionis semper sunt taxativae, sententia iudicialis et declarativa et constitutiva esse potest.

Proinde eodem passu et eadem mensura ac ius Byzantinum civile recepit notionem ecclesiasticam de matrimonii natura iuridica, eodem etiam passu et eadem mensura recognovit indissolubilitatem vinculi matrimonialis. Idem de iure matrimoniali Bulgarorum consuetudinario in relatione ad ius matrimoniale ecclesiasticum dicendum. Videbimus in parte historica proprie dicta (in sectione II), quomodo in Bulgaria (sicuti in omnibus Ecclesiis Byzantinis) inter ius ecclesiasticum et civile (et consuetudinaria) mox compromissum quoddam hac in re enatum sit.

V. De sacramentali matrimonialis contractus charactere tres quaestiones proponendae ac solvendae sunt:

1. Recognitumne sit inde ab initio in Ecclesia Bulgarica matrimonium esse sacramentum;
2. Quaenam elementa habita sint tamquam essentialia matrimonii sacramenti;
3. Quibusdam qualitatibus matrimonii sacramentum secundum theologos Bulgariae et Byzantii praeditum fuerit.

Quarum quaestionum solutio sine influxu in ius matrimoniale ecclesiasticum remanere non potuit.

1. Matrimonium esse recognitum in Bulgarorum Ecclesia tamquam sacramentum inde ab initio iam ex eo supponendum est, quod sive in Ecclesia Occidentali sive in Ecclesia Orientali implicite matrimonium ut sacramentum semper recognoscatur. Inter argumenta quae a cultoribus historiae dogmatum afferuntur¹⁴³ hoc validissimum mihi videtur quod etiam illae sectae quae saec. IV et V ab Ecclesia Catholica defecerunt septennarium numerum sacramentorum inconcusse proclamant. Explicita testimonia utique tardius inveniuntur: In litteratura theologica Ecclesiae Bulgaricae apud Theophylactum Archiepiscopum Achridensem, unum ex celebrioribus theologis Ecclesiae Byzantinae.¹⁴⁴ Populus vero Bulgaricus fere usque ad novissima tempora matrimonium ut sacramentum non agnoscebat. Secundum populi aestimationem ad essentiam matrimonii contrahendi sponsorum in Eccle-

sia coronatio non pertinebat, sed effectiva subiectio potestati mariti „SVABDA“.¹⁴⁵ Haec collisio inter notionem matrimonii ecclesiasticam et popularem causavit indulgentiam, non semper laudabilem, hierarchiae orthodoxae quoad normas, quandoque abusus consuetudinarios.

2. Quoad elementa essentialia moderni canonistae, theologi, dogmatistae et pastoralistae Bulgari accusant Ecclesiam Catholicam apostasiae a traditione vetustae Ecclesiae christiana, secundum quam ad essentiam matrimonii sacramenti semper pertinebat coronatio sponsorum a sacerdote, qui sacramento baptismi excepto, unice et exclusive a Christo Domino nostro auctorisatus est ad sacramenta Novae Legis conficienda.¹⁴⁶ Ad dogmaticos spectat refutare obiectiones quae fieri solent contra „recentem“ doctrinam Catholicam in can. 1012 Codicis Juris Canonici Latini iterum promulgatam.¹⁴⁷ Haec sufficit notare non omnes canonistas orthodoxos praetendere originalitatem ipsorum theoriae de separabilitate matrimonii sacramenti a matrimonio contractu inter valide baptisatos, nam argumenta historica luce sunt clariora.¹⁴⁸ Praeterea si theoria orthodoxa de matrimonii ministro (sacerdote), forma (coronatione) et materia (mutuo coniugium consensu) vera atque originalis esset, quomodo explicetur praxis illa antiqua et hucusque etiam in Ecclesia Bulgarica vigens, secundum quam matrimonium duorum infidelium statim ac baptizati sunt, absque speciali nova benedictione fit sacramentum?

Consequentiae autem huius doctrinae in disciplina matrimoniali non sunt levis momenti:

- a) Forma coronationis ad validitatem sacramenti requiritur et quidem ita ut ne in casu exceptionali quidem ab eadem recedi possit.
- b) Si logici esse vellent, impedimenta pleno iure dirimentia ex lege positiva statui non possent, sicut sermo haberi nequit de irregularitatibus dirimentibus. De facto secundum actualem iurisprudentiam S. Synodi in Bulgaria „uti cl. Alexander Bělev iurisconsultus eiusdem attestatur“ matrimonium illegitimum est matrimonium existens et qua tale reprezentat (etiam in casu bigamiae simultaneae!) usque ad suam annulationem impedimentum matrimonii dirimens „aliis verbis: sententia nullitatis matrimonii declarativa vim suam exerit ex nunc, non ex tunc.“¹⁵⁰

Etiam cl. S. St. Zankow ad divisionem inter impedimenta matrimonii impedientia et dirimentia notat: „Matrimonium nullum propter inobservatum impedimentum dirimens non est non matrimonium; eiusmodi coniugium iuridice perdurat usquedum per sententiam nullum declaratur (melius: constituitur).”¹⁵¹

Haec secunda consequentia pro nostra materia est summi momenti. Quodsi enim inde ab initio relatio inter matrimonium contractum et matrimonium sacramentum ita erronee concipiebatur, uti hodie fit, nullum impedimentum matrimoniale iuris positivi dirimens existebat vel melius impedimenta matrimonialia quae erant secundum fundamentales canones Ecclesiae Byzantinae et Bulgaricae necnon secundum ius matrimoniale ecclesiasticum medioaevale tantummodo dirimentia i. e. inhabilitantia sponsos ad valide contrahendum (ut probatur in sectione subsequenti), influxu huius doctrinae facta sunt impedientia, melius annullantia matrimonia iam valide contracta; quia benedicta a sacerdotibus. Hoc insinuare videtur quoddam scholion ad Procheiron IV, 17: „Substantiam nuptiarum non viri cum muliere concubitus facit, sed si qui concubituri inter se de coniugio consenserint. Et licet nudum adhibuerint consensum, nuptiae constant. Sed haec secundum morem antiquum praesens docet praeceptum: Hodie autem in nudo consensu nuptiae non consistunt, sed nisi et benedictio sacerdotalis accesserit neque coniugium contrahitur, neque contrahentes a se invicem separari prohibentur. Et hoc sanxit per novellam inter principes celeberrimus imperator Leo philosophus et beatissimus princeps caesar Alexius Comnenus. ET (sed) SUBSECUTA BENEDICTIONE ETSI NUPTIAE NON PROCEDANT καν μὴ δ γάπος προβῆ ET COMMIXTIO EORUM QUI CONSENTERUNT MATRIMONIUM ESSE VIDE-TUR CONTRACTUSQUE INDISSOLUBILIS (γάμος εἶναι δοκεῖ καὶ τὸ συνάλλαγμα ἀλυτον).”¹⁵²

Nihilominus certum est et a cl. Jugie¹⁵³ solide probatur in Ecclesia Graeca a qua Ecclesia Bulgarica est absorpta (inde ab anno 1393 in patriarchatu Tirnovitano et ab a. 1767 in Archiepiscopia Achridana) nonnisi a saec. XIX communissimam evasisse doctrinam illam, secundum quam ritus ecclesiasticus coronationis ipsam essentiam matrimonii sacramenti constitueret.

Proinde impedimenta in canonibus fundamentalibus et Medio aevo stabilita dirimentia pleno iure dicenda sunt, talia etiam in iure matrimoniali ecclesiastico vigente in Bulgaria sub dominatione Ottomana considerabantur, nisi contrarium certe probetur.

Neque allatum scholion conclusionem nostram infirmat. Nam ex contextu patet verbat illa „etsi nuptiae non procedant“ referri ad requisita essentialia iuris Graeco-Romani civilis, nempe ad deductionem mulieris in domum mariti et ad „honorem matrimonii“ non vero ad impedimenta: sequitur enim: „Ad quid vero hoc praeceptum profuturum sit, audi: si quis moriens dixerit: heres meus illi consobrinae meae decem dato, cum nuptias contraxerit et haec mulier cum aliquo pactum de nuptiis celebraverit etiamsi cum suo viro non concubuerit accipiet illa decem legati nomine ipsi relicta, non enim concubitus sed consensus et placitum contrahentium nuptias efficit. „Uno verbo: totum scholion matrimonium eiusque naturam iuridicam considerat sub aspectu iuris civilis, non ecclesiastici.

3. Qualitates quibus matrimonii sacramentum praeditum est eaedem erant et hucusque sunt quae in ceteris Ecclesiis Byzantinis scil. SOLUBILITAS et RELATIVA INITERABILITAS.¹⁵⁴ Iterum theologis dogmaticis de obiectivo valore praedictarum qualitatum discussio est relinquenda: unum tamen adnotare iuvat: nempe unam qualitatem negare alteram: nam initerabilitas benedictionis sacerdotalis in casu resipiscentiae primorum coniugum qui postquam sententiam divorpii obtinuerunt et fortasse cum alia persona convixerunt, ad primum redeunt coniugium, nonne hoc vestigium quoddam est indissolubilitatis vinculi matrimonialis?

Conclusio. Secundum ius consuetudinarium nondum christianum matrimonium est mera facti relatio; proinde ex principio solubile nec stricte monogamicum. Elementa matrimonii facti constitutiva sunt duo: unum materiale (effectiva subiectio potestati mariti), aliud formale (intentio maritalis viri vel eiusdem patrisfamilias). Etiam finis bifarius: procreatio proliis, novi operarii in familia adquisitio, uterque aequa principalis, alterutrius adimplendi capacitas tamen ad matrimonium valide initiandum sufficit, quin vero alteruter finis positive per intentionem excludatur.

Secundum ius scriptum ecclesiasticum: matrimonium est vinculum iuris; proinde ex principio insolubile (causae solutionis sunt taxativae) et stricte monogamicum. Ad hoc vinculum iuris (i. e. contractum) character sacramentalis accedit, si baptizati benedictionem a Sacerdote (qui est minister) consensu libero praestito (quae est materia, praesuppositum sacramenti) receperint. Haec tamen doctrina qua communis inter theologos et canonistas recentioris est originis. Sacramentum matrimonii relative (seu pro iisdem personis) est initerabile. Finis matrimonii secundum interpretes classicos in Bulgaria notos idem est ac in Ecclesia Catholica Romana. Iuxta doctrinam autem modernorum „Renovanistarum“ orthodoxorum realismus catholicus idealismo philosophico in quaestione de functione matrimonii individuali ac sociali substituendus esset.

ADNOTATIONES

⁸⁷ Matrimonium remansisse in iure Romano etiam post Novellam 117. et 134 cap. 26. Justiniani imperatoris relationem facti ex iurisprudentia patet quae usque ad Leonem Sapientem semper divortium ex mutuo consensu admittebat: κακῶς μὲν γίγνεται πλὴν ἔργωται est formula usualis scholiorum usque ad scholia Basilicorum XXVIII 7, 6 inclusive. Cf. copiosos textus apud Zachariä v. Lingenthal „Geschichte des griechisch-römischen Rechts“ Berlin (1892) 3. ed. pag. 80; Zhishman o. c. Byzantinische Zeitschrift XVIII. (1909) 159.

⁸⁸ Theoriam de matrimonio relatione facti optime omnium evolvit cl. P. Bonfante „Corso di diritto Romano“ I.; Istituzioni § 52 (ed VI.) post cl. Manenti: „Dell'inappponibilità di condizioni ai negozî giuridici e in ispecie delle condizioni apposte al matrimonio“ (1888) pag. 404—444; Cf. etiam Em. Albertario „Studii di diritto Romano“ Milano (1933) I. 197—210; 231—247 et alii.

⁸⁹ Hoc sensu intelligendum est proverbium illud iuridicum *bez svavba brak ne stava* Cf. sect. I. cap. III. litt. B.

⁹⁰ 5 D XXIII. 2.

⁹¹ Ita in intrusione **натрапвание** (**натурвание**) deductio mulieris in domum mariti est prorsus impossibilis Cf. litt. B arg. I. praesentis capit. 4.

⁹² Cf. Gai Inst. I. 56; 1 Inst. I. 9; 10 D XXIII 2, 2 C V, 4 Cf. etiam modernam doctrinam iuris Romani, quae matrimonii finem unanimiter procreationem educationemque prolis proclamat.

⁹³ Diximus *si factus fuisse* nam nec mores, et consequenter neque ius Bulgarorum consuetudinarium raptum libidinis causa factum novit. Cf. Bobčev „Droit coutumier pénal bulgare“ in SNU XXXVII. 78—82.

⁹⁴ „Ако една мома се пристане (*idem in raptu*) роднините ѝ могатъ да тя гонятъ до вратъчка . додъто не ся още влѣзняли могатъ да тя зематъ ака стигнатъ“ Marinov Ж. Ст. IV. n. 147. — Et ita alii omnes.

⁹⁵ Cf. notam 82.

⁹⁶ Blagoew o. c. § 146.

⁹⁷ Ita iam Marinov: „Момата е доведена и съ това се свърша една отъ найсъщественната часть отъ обрядитѣ съ които се съпровожда свадбата. Отъ денътъ когато е доведена момата вече се счита за снаха и като такава се третира . . .“ III. 66 – 102 Cf. etiam Ж. Ст. IV. 149 n. 150. Cf. Baldžiev VII. 149. Etiam cl. Bobčev in suo opusculo: „Народното брачно право въ юрид. ни пословици“ confirmat haec testimonia.

⁹⁸ Cf. reconstructionem iuridicam sponsalium apud cl. Baldžiev o. c. VII. 111-13 8

⁹⁹ Nec obiici potest adagium *exceptio firmat regulam*, quia in regionibus Bulgariae, in quibus ius consuetudinarium magis genuinum conservatur, matrimonia per raptum aut per fugam inita nullo modo dici possunt exceptionalia Cf.: С. Б. Ю. О. I. 177 sq.; A. Boné o. c. II. 472. Gisler o. c. V. 237; Jireček „Cesty“ pag. 430—431; Vakarelski o. c. 400; Iskrenov l. c. etc.

¹⁰⁰ Baldžiev o. c. VIII. 202.

¹⁰¹ Semper enim distinguenda est conditio mulieris socialis ab illa iuridica; optime scripsit cl. Bobčev: „La femme chez les Bulgares . . . a été une travailleuse et même une martyre mais elle n' a pas été une esclave“ (in opere: La situation de la femme selon l'ancien droit bulgare et roumain“ n. II.) quod deducit ex organisatione *democratica* familiae patriarchalis (*zadruge*), quae apud Slavos meridionales solide inde ab initio adventus ipsorum in peninsula Balcanicam demonstrari potest (Cf. textus in nota 73).

¹⁰² „ . . . въ древнитѣ врѣмена, ако сядимъ отъ народнитѣ умоторения народнитѣ прѣданія и характеристическитѣ моменти на сключванието на годежа които моменти само тукъ — тамъ по селата още ся спазени намъ се вижда, че единственниятъ обектъ на годежа е самата. Момата се купувала като работна сила, като хубавица и като дѣвъща (моминството). Не *mundum'a* се е купивалъ, а самата мома. А че у насъ самата мома се е продавала като стока, можемъ да заключваме отъ нѣкоу стари остатъци отъ обичаи, Пака: у насъ цѣната на момата (или така нарѣченото агараљъкъ) не е опрѣдѣлена: споредъ нейнитѣ качества и цѣната ѝ. Цѣната ѝ зависи отъ хубостъта ѝ отъ работностъта ѝ и отъ рода (соя) ѝ пѣравината ѝ умѣнието ѝ силата ѝ и пр. А за опрѣдѣление на цѣната ѝ странитѣ се пазарятъ Когато напросивъ у Терманщикъ пазарлъкъ не се е допущало. Цѣната на момата е дила опрѣдѣлена и тозъ който е искалъ мома дълженъ е билъ да отплати нейния *Mundum* отъ баща ѝ . . .“ Quae. asserti cl. Baldžiev (o. c. VII. 114-115) verissima est pro iure matrimoniali Bulgarorum sub dominatione Ottomanna, nam testimonia in hac re plene conveniunt. Cf. Marinov III. 63—64; С.Б.Ю.О. I. 1 178—183 necnon numerosas citationes cl. Baldžiev VII — 144 – 145!

¹⁰³ Cf. Bobčev „Агърлъкъ и произхождение за прикята“ in „Периодическо

списание на бълг. книжевно дружество въ София“ Sofia (1904) LXIV. pag. 637—733.

¹⁰⁴ Cf. studia allata in nota 87.

¹⁰⁵ Ita in iure nondum christianisato, nam in iure consuetudinario iam christianisato (sub dominatione Ottomanna) nullum dubium virginitatem constituisse non solum in iure Bulgarico, sed in omnibus systematibus consuetudinariis Slavorum meridionalium et orientalium conditionem suspensivam valoris matrimonii Cf. sect. II. caput IV. art. 1 n. 4.

¹⁰⁶ „Ако една мома се пристане роднинитѣ ѹ могатъ да тя гонятъ до вратъчка и ако тя стигнатъ билб по пятьтъ било до вратъчка додѣто не ся още влѣзниѣли. могатъ да тя зематъ . . .“ Marinov IV. n. 147.

¹⁰⁷ Heic unicus testis est cl. Baldžiev VII 142—144.

¹⁰⁸ Cf. notam 85 necnon Marinov Ж. Ст. III. 9—10 IV. 141; Čolakov o. c. 58; SNU (32) 101 etc.

¹⁰⁹ Cf. Theod. Saturník „Jihoslovanské právo soukromé ve světle právních obyčejů“ Praha (1926) pag. 113—115; Zborník 110, 252.

¹¹⁰ Родопски „Традиво по обичайното българско право“ in „Периодическое Списание на бълг. книжевно дружество“ XVIII (1885) 424.

¹¹¹ Hic coniugii finis etiam multis aliis caeremoniis popularibus exprimi solet. Cf. sect. II. cap. IV. art. II. n. 15 litt. e).

¹¹² Cf. notam 82 et 742 partis I.

¹¹³ Cf. notam 86.

¹¹⁴ Baldžiev o. c. VIII 198—204. Recte etiam Rodopski (o. c. pag. 426) adnotaverat: „Да ли познаватъ българитѣ separatio a thoro et mensa незная но В. Н. изъ с. Пахчийкево ми казуваше че чѣкоя си П. — млада жена — раздѣляла леговището не съ мяжа си който билъ импотентенъ и се оженвалъ за нея само да има кящовница. Мянсътъ ѹ знаиль за това но не считаль и за прѣлѣбъ . . . Ала тоя, може би, исключителенъ примѣрѣ, още не ни дава право да мислимъ че такува сепарации не ся contra bonos mores.“

¹¹⁵ De hoc omnia itineraria omnesque collectiones iuris consuetudinarii testimonium perhibent Cf. ex gr. Krauss o. c. pag. 197—227.

¹¹⁶ „Лесно е да се жениш мяично е да се разжениш“ — „Жениш ли се на шега ще си косиш и тяга.“ — „Зла добра стопанка ти е ще я тярпиш“ apud Bobčev „Народното брачно право въ юрид. ни пословици“ Sofia (1923) pag. 64.

¹¹⁷ Cf. apud Marinov Ж. Ст. IV. 166—167 n. 189 e contra Bobčev o. c. 68—73.

¹¹⁸ Baldžiev VIII. l. c.

¹¹⁹ Saturník o. c. § 4 Právní jednání.

¹²⁰ Cf. sect. II. cap. IV. art. II n. 2.

¹²¹ Cf. sect. II. cap. IV. art. II. n. 5.

¹²² Intelligitur „iuri consuetudinario Genuino“ Cf. Saturník 23; Baldžiev IV. 177 Zborník 188—190.

¹²³ Ceteroquin fornicatio non generat impedimentum matrimonii proprie dictum Cf. sect. II. cap. II. § 2 n. 10.

¹²⁴ Cf. sect. II. cap. I. art. V. § 2.

¹²⁵ Resp. LI. Nic. I. Pp. Et ita apud omnes Slavos paganós Cf. K. Kadlec „Првобитно право слав. X. веке“ str. 78.

¹²⁶ Ecloga enim causas divortii taxatitas enumerat: „ἄνευ δὲ τῶν αἰτιῶν τούτων τῶν γνωριζομένων μὴ δύνασθαι ἀνδρόγυνον διαιλύεσθαι κατὰ τὸ γεγραμμένον: δτι οὖς δ θεὸς συνέξεντεν ἀνδροπος μὴ χωριζέτω“ II. 13 edit. C. A. Spulber: Cernautzi (Roumanie) 1929 pag. 23. Cf. Zachariae v. Lingenthal o. c. pag. 78—79.

¹²⁷ Ferrari o. c. 159; quod clare patet ex introductione formae matrimonii substantialis.

¹²⁸ Cf. sect. II. cap. IV. n. 4 litt. c.

¹²⁹ Cf. apud Zhisman o. c. 612—616.

¹³⁰ „Οἱ ἀπὸ τραπέζης καὶ κοίτης χωρισμὸς η̄ ἄλλως τοπικὴ διαστασίς εἶνε παρ’ ήμῖν ἐν χρήσει ἀλλ’ ὅλως διαφόρως η̄ ἐν τῇ Δυτικῇ ἐκκλησίᾳ. Συνηθέστατα παρ’ ήμῖν τὰ ἐκκλησιαστικὰ δικαστήρια ποιοῦνται χρῆσιν τῶν γνωστῶν αὐτοῖς ἐκκλησιαστικῶν μέσων συνδιαλαγήν προθεσμίαν ταύτης δὲ παρελθούσης ἀπράκτου ἐπιβάλοντιν αὐτοῦς τοπικὴν διάστασιν ἐπὶ γ’ σ’ καὶ θ’ η̄ καὶ πλέον μένας ὁρίζοντα τὸν τὸπον τῆς τοπικῆς τῶν συζύγων καὶ καταδικάζοντα τὸν συζύγον εἰς τὴν κατὰ τὸ διάστημα τοῦτο πληρωμήν,. ὠρισμένον χρηματικοῦ ποσοῦ πρὸ διατροφὴν τῆς συζύγου καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ, ἀναλόγως τῆς κοινωνικῆς θέσεως καὶ τῆς περιουσίας αὐτοῦ“ Cf. Θεοτοκᾶ, „Νομολογία τοῦ Οἰκουμενικοῦ Πατριαρχείου“ Constantinopoli (1897) pag. 284 in nota.

¹³¹ Cf. Datoire „Le divorce d’après l’Église catholique et l’Église orthodoxe“ in *Échos d’Orient* XIV 166 sq.

¹³² Hebr. XIII 4. Tit. I 15; I. Petri III 5—8; I. Corinth. VII 4, 5; Acta XVII 26.

¹³³ 4 Cod. IX 32; 42 D XXIII 2; praefatio Novellae XXII. Justiniani; 197 Basiliacalia II. 3 ibidem XVIII 5, 6; Πετρα XLIX 33; Harm. IV 7, 20 etc.

¹³⁴ Cf. notam 140.

¹³⁵ Haec theoria utique iis tantum est propria qui in Occidente sub influxu „modernaे culturae“ studiis incubuerunt. Cf. ex gr. Zankow o. c. pag. 108 n. 5 aut Troickij „Христианская философия брака“ Парижъ (1933) contra Neofitus Veličky o. c. pag. 435—487 aut Genadiev o. c. pag. 191.

¹³⁶ Specialis monographia utique deest; iam tamen praeparatur.

¹³⁷ Nihilominus certum est impedimentum impotentiae in praxi ecclesiastica esse observatum; quod clare insinuat can. 5. Trull. qui sub poena segregationis (excommunicationis) prohibet eunuchis cohabitationem cum mulieribus cf. Pitra II 26.

¹³⁸ Nam textus iuris Romani et Graeco-Romani, qui hoc sensu de potentia loquuntur, in linguam paleo-slavonicam et Bulgaricam non sunt traducti. Cf. textus apud Zhisman o. c. 207—211 cum traductionibus in Bulgaria notis (introductio „De collectionibus“ classis I. fontium iuris scripti!).

¹³⁹ Cf. sect. II. cap. III. art. I. n. III-2.

¹⁴⁰ „τὸ ἄρσεν καὶ θῆλυ συναρμόζων ἐξ ἀρχῆς δ Πλάστης πρὸς τὸν ἐκεῖθεν πληθυνσμὸν ἀφορῶν διετίθει τὴν συναρμοστίαν . . καὶ τῇ φύσει . . σκόπος ἐπὶ τούτῳ γαμικὴν δημιγίαν συνίστασθαι ἐφ’ ᾧ τῶν γενῶν η̄ διαδοχὴ ποῖοι . . .“ MG (107) 620 Novellam hanc summarie tantum allegat Βλασταρης Ευντάγμα κατὰ Ετοιχεῖον E 34.

¹⁴¹ Δεῖ δὲ τοὺς μὲν ἀδόκενας ἐφήβους εἶναι, τὰς δὲ θελεῖας ἀνδρὸς δεκτικάς, τουτέστι τοὺς μὲν ὑπερβαίνειν τὸν τεσσαρες καὶ δέκατον χρόνον τὰς δὲ μείζοντας εἶναι τὰν δώδεκα ἐνιαυτῶν. Ταῦτα δὲ λέγομεν εἴτε ὑπεξουσιοί εἰσιν οἱ πρὸς γάμον συναπτόμενοι“ ‘Εξαβιβλος lib. IV. tit. 4.

¹⁴² Cf. resp. 51 Nic. I. Pp. et art. Ги ЗСЛ: „Имѣтаи двѣ женѣ да иждѣнеть меньшию [меньшеца red. longior] съ дѣтьми юга и тепеть [да тепутъ его твердѣ redactio longior] а поси єлѣть“ editio Bobčev o. c. pag. 88.

¹⁴³ Cf. ex gr. optimum studium L. Godefroy „Le mariage“ in „Dictionnaire de theologie cath.“ IX. 2 col. 2045 sq.

¹⁴⁴ Τπόθεσις τῆς πρὸς Ἐρεσίους ἐπιστόλης κεφ ἐ MG (124) 1117.

¹⁴⁵ De hoc testantur: Gisler V. 237; Marinov IV 149; Bobčev „Нар. драчно право въ юрпословщи“ pag. 43 et alii. Jam tamen sub dominatione Ottomanna penetrat persuasio: coronationem ad essentiam coniugii christiani pertinere. Nam ad interrogationem cl. Bogišić: „Koji obredom drži narod da je ženidba svršena?“ respondet Zachariev (pro Tatar—Pazardžik) „Zakonitim vjenčanjem“ et Odžakov (pro Leškovec) „Crkvenim obredom“ o. c. num. 94.

¹⁴⁶ Ita ex gr. Zankov o. c. 111 n. III Cl. auctor affirmando: „ in früheren Jahrhunderten wurde auch in der römisch-katholischen Kirche die Ansicht vertreten da der Priester der (einige) Spender des Sakramentes ist“ opiniones theologorum cum ecclesiae doctrina confundit.

¹⁴⁷ Optime omnium id effecit Jugie „Theologia dogmatica christianorum orientalium ab Ecclesia cath. dissidentium“ (1930) III. 447—459.

¹⁴⁸ Cf. ex gr. Sudorov: „Учебникъ церковнаго права“ Moskva (1908) pag. 318—320 Pavlov „Христ. Чтен.“ 1884 ч. 1. стр. 409—410 et alios auctores apud I. Berdnikov in opusculo (recensione) „Бракъ разематриаемый въ своей природѣ и со стороны формы его заключения“ Kazaň (1896) pag. 15. 22.

¹⁴⁹ De hac praxi testatur N. Velički o. c. 452: „Бракътъ на невѣрни, нехристиянски съпрузи се признава за законенъ отъ църквата Ново драконънчаването не се извършва надъ тѣхъ защото чрѣзъ кръцаването и митопомазането тѣхниятъ браченъ съюзъ се осветява.“

¹⁵⁰ По практиката на Св. Синодъ незаконенъ бракъ (etiam propter ligaminis) е съществуващъ бракъ и като такавъ представя до свое то унищожение унищожаще брака препятствие.“ о. с. II. 3 pag. 172. Idem mihi cl. auctor confirmavit in colloquio privato.

¹⁵¹ „Einige Ehehindernisse machen das Zustandekommen der Ehe überhaupt unmöglich und wenn sie trotzdem geschlossen wird, gilt sie als nichtig (impedimenta dirimentia). Eine solche nichtige Ehe ist jedoch keine Nichthehe (wie z. B. in Bulgarien eine Zivilehe eine Nichthehe ist. Rechtlich besteht sie bis sie durch richterliches Urteil als nichtig erklärt wird.“ o. c. § 38 pag. 116.

¹⁵² Const. Harmenopoli *Manuale legum sive Hexabiblos* ed. Heimbachians Lipsiae (1851) 490—491.

¹⁵³ I. c. Cf. notam 147.

¹⁵⁴ Cf. Zankov o. c. § 49 et fontes litteraturam ibidem allegatam!

STUDIA QUAESTIONEM DE PRIMATU ECCLESIAE SAECULO IX. DISPUTATAM ILLUSTRANTIA

Dr. Thomas Kurent, S. O. Cist., Stična.
(Finis.)

Ex omnibus textibus supra allegatis simul consideratis elucet, Nicolaum papam, praeter plenitudinem potestatis sancto Petro eiusque successoribus collatam, quamcumque iurisdictionem in ecclesia aliam excludere, quae originem suam a potestate Petri eiusque successorum non traheret. Quamvis enim Christus etiam ceteri apostoli iurisdictionem contulisse dicat, eam tamen ut participatam tantum a supra potestate Petri eique subordinatam tradidisse censemur. A Petri vel summi pontificis potestate proinde, immediate a Christo manante, iurisdictio omnis in reliquos episcopos derivatur. Plenitudo potestatis Petro successoribusque collata iuxta sententiam Nicolai revera tamquam fons effundens iurisdictionis episcoporum considerari potest. Ex supra expositis sequi videtur, Nicolaum papam tamquam praecipuum testem pro theoria sic dicti mediatismi, non tantum quoad iurisdictionem episcopalem, sed etiam quoad iurisdictionem apostolorum, adduci posse.

CAPUT V.

DOCTRINA NICOLAI I. DE AMBITU, VI AC RATIONE PRIVILEGIORUM ROMANAE SEDIS IN SPECIE

35. Variis in occasionibus, causis ecclesiasticis ex universali ecclesia ad se delatis motus, Nicolaus papa I. primatum ecclesiasticum exercendo, eius quoque ambitum, vim ac rationem pressius determinare non negligebat. Notandum est, Nicolai loquendi rationem hac in re esse quidem valde concretam, attamen doctrinam ab eo traditam iam satis evolutam et expolitam esse. Tota doctrina Nicolai circa ambitum, vim ac rationem ecclesiastici primatus tribus thesibus comprehendendi potest:

1º Romanus pontifex super universam ecclesiam primatum habet, id est potestatem iurisdictionis non tantum in unam quandam eccl-

siae provinciam, sed in omnes ac singulas ecclesias, non tantum in patriarchas et metropolitanos, sed in omnes ac singulos pastores et fideles.

2º Potestas Romani pontificis est plena, i. e. totam plenitudinem potestatis iurisdictionis, quae in universali ecclesia invenitur, in se comprehendit, ac suprema, i. e. etiam potestatem concilii oecumenici superat.

3º Plena ac suprema Romani pontificis iurisdictionis potestas non solum in res, quae ad fidem et mores, sed etiam in res, quae ad disciplinam et regimen ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent, sese extendit.

Occasione data Nicolaus singula doctrinae puncta latius evolvit, praesertim quod attinet ad suprematiam in cuiuscumque generis ecclesiastica concilia et ad potestatem iurisdictionis iudicariam. Ad singula fere doctrinae suae puncta confirmanda et illustranda Nicolaus multa facta ex historia ecclesiastica et copiosos textus, praesertim ex epistolis suorum in Romana sede praedecessorum, profert. Interdum revera afferuntur etiam textus quidam apocryphi vel eorum influxus in loquendi modo observatur, qui tamen influxus, quod doctrinam theologicam spectat, ut videbimus, nullus dicendus est.

Articulus I.

POTESTAS ROMANI PONTIFICIS EST UNIVERSALIS

36. Nicolaus papa saepe enuntiat, Romani pontificis potestatem esse universalem extensive. Iam vidimus textus, in quibus Nicolaus Romanos pontifices tamquam „principes super omnem terram, id est super universam ecclesiam“ designat.¹ Romanam ecclesiam vocat Nicolaus „omnium ecclesiarum magistra, mater et caput“.² Huc spectant omnes illi loci, in quibus apostolica sedes curam habere universalis ecclesiae, sollicitudinem circumferre omnium ecclesiarum, cura constringi cunctarum Christi ovium et similia enuntiatur.

Apostolicae sedis cura non restringitur ad unam provinciam sicut sollicitudo metropolitanorum, neque ad plures provincias sicut am-

¹ MGH, Epist. VI p. 475 sq.; Jaffé n. 2796.

² MGH, Epist. VI p. 398; Jaffé n. 2785.

plior sollicitudo patriarcharum, sed universalem, totam ecclesiam complectitur. In quam sententiam Nicolaus in epistola, qua Adventio Mettensi veniam praebet (864 Sept. 17), verba s. Leonis papae ad Anastasium Thessalonicensem adducit: „Inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris preeminent. De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, et rursus quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiae cura conflueret et nihil usquam a suo capite dissideret“.¹

Quapropter nec Constantinopolitana ecclesia desub cura Romani pontificis subduci potest, prout expresse scribit Nicolaus in magna illa epistola ad Michaelem imperatorem directa: „Haec igitur et his similia (in superioribus sc. Nicolaus agebat de origine privilegiorum Romanae sedis) nos pro cunctis ecclesiis sollicitos reddunt; haec etiam de Constantinopolitana ecclesia impigram curam arripere vehementer hortantur, haec, inquam, Ignatium patriarcham nulla regula nulloque ordine ecclesiastico dictante deiectum tamquam fratrem adiuvare compellunt“.²

37. Omnes, tam metropolitanos et patriarchas quam simplices sacerdotes iurisdictioni sedis apostolicae subdi, comprobat Nicolaus, ad Rodulphum Bituricensem archiepiscopum eiusque suffraganeos (864 med. ann.) scribens, ad sacros canones et synodalia gesta provocando; „Aut legite sacros canones et synodalia gesta revolvite et videte, quod sedi apostolicae non solum quoslibet metropolitanos, quorum causa eidem est sedi semper servanda, verum etiam patriarchas moris fuisse pro emergentium qualitate damnasse vel etiam absolvisse iusque semper et fas habuisse de omnibus sacerdotibus iudicare“.³ Imo omnes et singuli fideles curae et proinde potestati Romani pontificis committuntur. In epistola ad archiepiscopos et epis-

¹ MGH, Epist. VI. p. 300; Jaffé n. 2768. Leonis epis. ad Anastasium Thessalonicensem, Mansi 5, 1285; Jaffé n. 2796.

² MGH, Epist. VI p. 476; Jaffé n. 2796.

³ MGH, Epist. VI p. 296; Jaffé n. 2764.

copos per Galliam constitutos (865 ca. Jan. ex.) directa hanc sententiam comprobat Nicolaus tum ex epistola Innocentii I. tum ex scriptura: „Totius enim ecclesiae Deo auctore generaliter gerimus sollicitudinem et omnium utique, qui ecclesiae filii sunt, cura constringimur atque omnium, quorum nos maxime cura exspectat, nostrum praecipue debent mereri iudicium, sicut Innocentius ad Maximum scribens Antiochenum: Quorum enim, inquit, te maxime exspectat cura, praecipue tuum debent mereri iudicium; non scilicet solum metropolitanorum, sed et omnium omnino sacerdotum, quin immo universorum, qui se de ovibus principaliter divinitus Petro commendatis (cf. Joh. 21, 17) esse non nesciunt, id est non solum cunctorum, qui de illorum numero sunt, de quibus Dominus principi apostolorum dixit: Tu aliquando conversus confirma fratres tuos (Luc. 22, 32), sed etiam, qui de his piscibus sunt, qui intra rete, quod ab ipso ad litus trahi specialiter iussum est esse se recognoscunt”.¹

38. Hanc dominici gregis curam et proinde iurisdictionis potestatem, Romanae sedi concreditam, esse ordinariam et immediatam atque episcopalem, constat non tantum ex toto Nicolai agendi modo, verum etiam expressis verbis in eius epistola, qua Carolus Calvus, ut ad synodum Mettis congregandam duos episcopos de regno suo mittat, invitatur, enuntiatur (862 Nov. 23): „Sedes haec sancta atque praecipua, cui dominici gregis est sollicitudo curaque commissa, in omnibus mundi partibus rectitudinis suae dispositione salubri cuncta ordinare perficereque divino freta procurat auxilio et, quod singulari etiam auctoritate perficere valet, multorum saepe sacerdotum decernit diffinire consensu et iustitiae censura ea scilicet emendando deliberare, quae perperam atque inormiter fuerint alicubi commissa.”²

Articulus II.

POTESTAS ROMANI PONTIFICIS EST PLENA AC SUPREMA

39. Potestas iurisdictionis Romano pontifici super universalem ecclesiam a Christo collata universalis est non tantum extensive,

¹ MGH, Epist. VI p. 397; Jaffé n. 2785. Locus Innocentii I. invenitur revera in epist. ad Alexandrum Antiochenum directa, Mansi 3, 1055; Jaffé n. 310.

² MGH, Epit. VI p. 271; Jaffé n. 2699.

sed etiam intensive, seu plena, i. e. totam plenitudinem iurisdictio-
nis, quae in universali ecclesia invenitur, in se continet, ac proinde
suprema, i. e. superior quamcumque alia potestate, quae in ecclesia
habetur, etiam concilii oecumenici. Imo omnis iurisdictio, quae in
ecclesia invenitur, iuxta mentem Nicolai e potestate Romani ponti-
fificis emanare dicenda est.

Iam superius vidimus, quomodo Nicolaus papa contra sententiam,
quae affirmat, Romanae ecclesiae a Nicaena vel ab alia synodo pri-
vilegium quoddam esse collatum, praecise ex eo arguat, quod Ni-
caena vel alia quaelibet synodus in Petro noverat, Romanam eccle-
siam „totius iura potestatis pleniter meruisse et cunctarum Christi
ovium regimen accepisse“,¹ et quomodo ad suam sententiam com-
probandum textum afferat ex epistola Bonifacii papae ad episcopos
Thessaliae et concilii Nicaeni decreta. Hic notandum est, quomodo
Nicolaus ex verbis papae Bonifacii: „Omnia denique huic (sc. Ro-
manae sedi) noverat (nempe Nicaena synodus) Domini sermone con-
cessa“ ad plenitudinem potestatis a Domino collatae concludat: „Si
omnia, ergo nihil defuit, quod non illi concesserit“.²

Plenitudinem potestatis pro omnibus negotiis ecclesiasticis expe-
diendis Nicolaus papa Romanae ecclesiae vindicat etiam in epistola
ad Photium (862 Mart. 18) directa: „Constat enim sanctam Romanam
ecclesiam . . . omnium ecclesiarum caput esse et ad ea rectitudinem
atque ordinem in cunctis utilitatibus et ecclesiasticis institutionibus,
quas secundum canonicas et synodicas sanctorumque patrum sanc-
tiones inviolabiliter atque inrefractabiliter retineret, exquirere ac
sectari. Et ideo consequens est, ut, quod ab huius sedis rectoribus
plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis praepediente occa-
sione proprias tantum sequendo voluntates removeatur, sed firmius
atque inconcusse teneatur“.³

Apte hanc plenitudinem potestatis Romanae sedi collatae illustrat
Nicolaus imaginem adhibens, ex narratione Actuum apostolorum
(10, 11. 12; 11, 5. 6) de visione vasis desub coelo submissi et ulte-
rius ex evangelio Joannis de piscatione miraculosa in mari Tiberiadis
post resurrectionem Jesu facta depromptam: „Siquidem tanta millia

¹ MGH, Epist. VI p. 476; Jaffé n. 2796.

² MGH, Epist. VI p. 476; Jaffé n. 2796.

³ MGH, Epist. VI p. 448 sq.; Jaffé n. 2691.

hominum protectioni ac intercessioni beati apostolorum principis Petri ex omnibus finibus terrae properantium sese cotidie conferunt . . . , ut praeter illud, quo vas e coelo summissum, in quo cunctorum ostensa sunt eidem beato Petro, horum omnium rectori, animantium genera, catholicam signat ecclesiam, etiam ipsa sola Romanorum urbs, apud quam eiusdem apostoli corporalis praesentia sedule veneratur, ipsius vasis instar dinoscatur in se continere universorum animalium, quae homines intelleguntur, spiritualiter nationes. Suscepit ergo ac continent in se Romana ecclesia, quod Deus universalem ecclesiam suscipere ac continere paecepit. Decentissimum quippe est atque convenientissimum, ut apud se Petrus, quod sibi specialiter ostensum atque paeceptum est, exhibeat sicque demum, quod in generali ecclesia facilius credendum sit, innuat . . . Et post resurrectionem, ut rete plenum diversis piscibus ad litus traheret, a Domino ipsi proprie soli paeceptum est. Ipsum enim cuius nos, licet imeriti vicem suscepimus, principaliter ac specialiter universalis ecclesiae curam divinitus accepisse, etiam nobis tacentibus, credimus, quod vestra sapientia iam animadvertat".¹

40. Ex plenitudine iurisdictionis Romani pontificis tam extensiva quam intensiva, superiorem potestatem iurisdictionis in ecclesia iam non dari, imo quamcumque aliam potestatem iurisdictionis ex hac plenitudine aliquo modo derivari debere. Hoc principium generale Nicolaus papa in doctrina sua tam de conciliis in genere quam de conciliis oecumenicis in specie applicat. Minimum, quod ex parte Romani pontificis pro unoquoque concilio, ut dici possit, requiritur, est Romani pontificis assensus. Hanc affirmationem Nicolaus saepe inculcat. Intra parenthesim modo generali enuntiatur in epistola ad Hincmarum (865 ca. Jan. ex.) directa: „quia synodus dici non potest, ubi noster nullus praebetur assensus”.² Item quaerit Nicolaus in epistola ad Rodulphum Bituricensem archiepiscopum eiusque suffraganeos missa: „quod robur concilia vestra obtinere valebunt, si suam perdidierit sedes apostolica firmitatem, sine cuius consensu nulla concilia vel esse leguntur?”³

Eadem thesim Nicolaus expressis verbis proponit iam in prima

¹ MGH, Epist. VI p. 477 sq.; Jaffé n. 2796.

² MGH, Epist VI p. 389; Jaffé n. 2784.

³ MGH Epist. VI p. 296; Jaffé n. 2764.

epistola in causa Ignatii et Photii ad Michaelem imperatorem (860 Sept. 25) directa: „Ad cuius (sc. fidei et apostolicae traditionis, de qua sermo erat supra) etenim, sicut ipsi scitis, integratatem observationis multotiens conventus factus est sanctorum patrum, a quibus et deliberatum ac observatum exstitit, qualiter absque Romanae sedis Romanique pontificis consensu nullius insurgentis deliberationis terminus daretur”.¹ Hunc praecise locum a Graecis fuisse corruptum sex annis post (866 Nov. 13) Nicolaus conqueritur ad eundem Michaelem scribens: „Sed tandem aliquando ad ostendenda partim falsata in epistola nostra loca opitulante Domino, sicut prae- misimus, accedamus . . . Siquidem cum nos inter alia commemorassemus, quod multotiens conventus factus fuerit sanctorum patrum, a quibus et deliberatum ac observatum exstitit, qualiter absque Romanae sedis Romanique pontificis consensu nullius insurgentis deliberationis terminus daretur, hoc videlicet de maioribus dumtaxat ecclesiae negotiis nos innuentes – quod et veraces historiae et synodalia gesta saepe diffinitum, sed et factum fuisse testantur, – vos erasistis absque et interposuistis cum, significare scilicet adtempantes, tamquam deliberatum fuerit a sanctis patribus, ut cum sedis apostolicae et ecclesiae vestrae consensu omnis rei finis debeat omnino proferri, cum hoc semper fieri nulla ratione valeat, nullo prorsus exemplo gestum patescat”.²

41. Supremam Romani pontificis iurisdictionis potestatem in synodos oecumenicas Nicolaus in epistolis ad Michaelem imperatorem directis satis fuse comprobant facta quaedam historica ex actis priorum conciliorum oecumenicorum evolvendo, quo modum agendi Graecorum circa suam epistolam, per Rhadoaldum et Zachariam episcopos ad Michaelem directam, efficacius exprobret: „Asserentes primitus, quomodo non ordo legitimus nec a sanctis patribus usitatus in lectione ipsius epistolae fuerit observatus . . . Sed vere non sic in synodis prisco tempore collectis, non sic actum fuisse nonnullorum gesta conciliorum demonstrant. In illis enim apostolicae sedis scripta non sub occultationis modio tegebantur, sed ut omnibus, qui erant in domo Dei, lucerent (cf. Mt. 5, 15), in propatulo ponebantur et, ut, si qua tortitudo vel macula in fidei pulchritudinem a quolibet

¹ MGH. Epist. VI p. 434; Jaffé n. 2682.

² MGH, Epist. VI p. 493; Jaffé n. 3813.

temptaretur induci, facile patesceret, acsi specula in omnibus habebantur et quasi quaedam rectitudinis formula, qua imprimi ceteri possent, posita colebantur".¹ Statim deinceps commemorat Nicolaus ex actis synodi Ephesenae solemnem lectionem epistolae papae Coelestini, quomodo mempe ea epistola, iubente s. Cyrillo Alexandrino, „qui idcirco in praefata synodo ante omnes sedit, quia et ipse locum iam memorati papae ibidem — sicut gesta eiusdem synodi testantur — obtinuit“, „cum competenti honore Latine primitus et postea in Graecam dictionem sine ullo fuko falsitatis iam translata sit coram synodo lecta“; ex quo facto patet consequentia: „in tantum, ut ex eius propemodum specialis iudicii tenore sit perfidus Nestorius Constantinopoleos antistes expulsus, dum eadem synodus in sententia contra eum prolatâ tali modo prosequitur: Necessario, inquiens, coacti tam ex canonibus quam ex epistola sanctissimi patris nostri et comministri Coelestini . . . ad hanc . . . contra eum venimus sententiam, et ad eundem papam postea scribens praefatum Nestorium per epistolam ab ipso sanctissimo praesule scriptam rationabiliter asseverat fuisse damnatum“.² Pariter commemoratur deinde receptio epistolae dogmaticae papae Leonis in synodo Chalcedonensi et tandem conclusio generalis deducitur: „Sed quid per singularum concilia synodorum immoremur, cum in omnibus illis semper ab apostolica sede scriptum prolatum et ordine praeponatur et auctoritate scripturis ceteris antecellat“.³

Item exercitium supremæ potestatis Romani pontificis Nicolaus affirmat pro secunda Nicaena synodo, cum in prolixa epistola ad Michaelem directa de cultu debito sacris imaginibus agit, obiectiōnem quandam veluti praeeoccupans: „Quamvis dixeritis non nostri eguisse vos ad expugnandos haereticos pro eo, quod iam fuerit huiusmodi haeresis in Nicaea secundo convocata synodo et a magno Methodio deinde subversa, quasi non et ipsi secundo in Nicaea collectae synodo apostolica nostra sedes praesederit et prima contra male sentientes spiritalem sagittam emiserit“.⁴ In eandem sententiam quaerit Nicolaus scribens patriarchis, metropolitanis, episcopis et cunctis fi-

¹ MGH, Epist. VI p. 492; Jaffé n. 2813.

² MGH, Epist. VI p. 492 q.; Jaffé n. 2813. C. Mansi 4, 1279 sqq.; 5, 568 sq. 645.

³ MGH, Epist. VI p. 493; Jaffé n. 2813.

⁴ MGH, Epist. VI p. 472 q.; Jaffé n. 2796.

delibus per Asiam et Libyam constitutis (866 Nov. 13): „denique in universalibus synodis quid ratum vel quid prorsus acceptum, nisi quod sedes beati Petri probavit, ut ipsi scitis, habetur, sicut e contrariis quod ipsa sola reprobavit; hoc solummodo consistat hactenus reprobatum?“¹

42. Suprema Romani pontificis in unamquamque synodus iurisdictionis potestas ex eo quoque appareat, quod Nicolaus pro unaquaque synodo, vestigiis praedecessorum adhaerens, confirmationem requiri docet ex patre Romanae sedis. Sententiam hanc breviter enuntiat iam in epistola ad Photium (862 Mart. 18) missa: „cuius (sc. primae sedis Romanae ecclesiae) auctoritate atque sanctione omnes synodi et sancta concilia roborantur et stabilitatem sumunt“.² In hanc sententiam Nicolaus, archiepiscopis et episcopis synodi Sues-sionensis respondens (866 Dec. 6), citat Gelasii I. epistolam ad episcopos Dardaniae directam: „Nam constat, ut sanctus papa scribit Gelasius, uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis ecclesiae probavit assensus, nullam magis exsequi sedem prae ceteris oportere quam primam, quae et unamquamque synodum et sua auctoritate confirmat et continuata moderatione cu stodit, pro suo scilicet principatu, quem Petrus beatus apostolus Domini voce perceptum, ecclesia nihilominus subsequente, et tenuit semper et retinet“.³ Verba papae Gelasii I. sub calamo Nicolai recurrent quoque in magna illa epistola ad Michaelem directa.⁴ Ad eandem sententiam comprobandum Nicolaus iterum adducit facta quaedam ex historia ecclesiastica, primum circa latrocinium Ephesenum, secundum circa secundam synodum Nicaenam et praeterea circa synodos sub Gregorio III. et Stephano III. Romae habitas: „Unde quaedam eorum, quia consensum Romani pontificis non habuerunt, valitudinem perdiderunt. Quomodo non egeat quaelibet synodus Romanae sedis, quando in Epheseno latrocinio, cunctis praesulibus et ipsis quoque patriarchis prolabentibus, nisi magnus Leo . . . divinitus excitatus os aperiens totum orbem et ipsos quoque augustos

¹ MGH, Epist. VI p. 563; Jaffé n. 2821,

² MGH, Epi t. VI p. 450; Jaffé . 2691.

³ MGH, Epist. VI p. 422; Jaffé 2822 Cf. Gelasii I. epist ad episcopos per Dardaniam constitutos, Mansi 8, 51. 65; Jaffé n. 664.

⁴ MGH, Epist. VI p. 473; Jaffé n. 2796.

concuteret et ad pietatem commoveret, religio catholica penitus corruisset. Nam et in causa sacrarum imaginum ante sanctissimum Methodium, quin immo et ante synodum in Nicaea . . . congregatam . . . Romani praesules . . . inveniuntur fortiter dimicasse et hoc funditus condemnasse".¹

43. — Cum omnis iurisdictio cuiuslibet synodi a Romani pontificis confirmatione dependeat, nihil mirum, si Nicolaus papa pro convocatione concili generalis quoque, ab universali seu oecumenico distincti, praeceptum apostolicae sedis requirat. Ita loquitur Nicolaus coram synodo Romana causam Rothadi Suessionensis episcopi exponens (864 Dec. 24): „facto concilio generali, quod sine apostolicae sedis pracepto nulli fas est vocandi”.²

Patet item, neque imperatores iuxta mentem Nicolai ullam posse habere partem in iurisdictione conciliorum, sed tantummodo officium fidei protegendae illis incumbere. Quapropter in magna illa epistola fortiter exprobrat Nicolaus usurpationem Michaelis, qui synodum ad deiciendum Ignatium congregavit: „Congregastis concilium adversus eum et ad imperii vestri nutum cuncti sunt famulati minores et ad votum saecularium, ut cum pace vestra dicamus, de solio imperiali descendentes cathedralm praesularem, ut ita fateamur, ascendistis . . . Dicite, quaesumus, ubinam legistis imperatores antecessores vestros in synodalibus conventibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quae universalis est, quae omnium communis est, quae non solum ad clericos, verum etiam ad laicos et omnes omnino pertinet christianos”?³

Articulus III.

POTESTAS ROMANI PONTIFICIS COMPLECTITUR TUM SUPREMAM AUCTORITATEM MAGISTERII, TUM SUPREMAM AUCTORITATEM IURISDICTIONIS LEGISLATIVAM, IUDICIALEM ET EXSECUTIVAM.

44. — Plena ac suprema Romani pontificis potestas sese extendit tam in res, quae ad fidem et mores pertinent, quam ad res, quae

¹ Ibidem.

² MGH, Epist. VI p. 380; Jaffé post n. 2772.

³ MGH, Epist. VI p. 469 sq.; Jaffé n. 2796.

disciplinam et regimen ecclesiae per totum orbem diffusae spectant. Hanc potestatem Nicolaus in diversis causis, quae ad eius sedem deferuntur, praedicare et inculcare non cessat. Suprema potestas Romanae sedis teste Nicolao in omnibus dictis rebus ab universalis ecclesia agnoscitur et invocatur. Ita scribit Nicolaus ad Photium (862 Mart. 18): „Et quia universitas credentium ab hac sancta Romana ecclesia, quae caput omnium est ecclesiarum, doctrinam exquirit, integritatem fidei depositit, criminum solutionem qui digni sunt et gratia Dei redempti exorant, oportet nos, quibus commissa est, sollicitos esse et ad speculationem dominici gregis tantum ferventius anhelare, quantum hunc avidi lupi ad dilaniandum hinc inde patentia ora exquirunt...”¹

Exercitium supremae potestatis apostolicae sedis Nicolaus papa in synodo Romana, cap. V (De sententiis atque interdictis sedis apostolicae) contra contemptores anathematis vinculo sancit (in epistola ad Adonem Viennensem archiepiscopum 863 ca. Oct. 30 directa): „Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholica fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum vel interdictione imminentium vel futurorum malorum a sedis apostolicae praeside salubriter promulgata contempserit, anathema sit”.²

§ 1. Auctoritas magisterii.

45. — Romanus pontifex tamquam apostoli Petri successor et vicarius supremum et infallibile magisterium pro universalis ecclesia exercet. Iam vidimus, quomodo Nicolaus in prima ad Michaelem imperatorem epistola primatum tamquam magisterium et custodiam rectae fidei definiat: „Petrus... structuram universalis ecclesiae inconcussam et fidei robore solidatam ita praecibus suis munire non cessat, ut errantium vesaniam rectae fidei norma reformare festinet necnon intrepide eam consolidantes remunerare procuret, quatenus portae inferi, malignorum utique spirituum suggestiones atque haereticorum impetus, non praevaleant eiusdem ecclesiae unitatem refringere”.³

¹ MGH, Epist. VI p. 447; Jaffé n. 2691.

² MGH, Epist. VI p. 286; Jaffé n. 2750.

³ MGH, Epist VI p. 433; Jaffé n. 2682.

Quapropter Romana sedes sine errore rectam fidem docuisse praedicatur. Ita in epistola Nicolai ad Michaelem directa (866 Nov. 13): „haec apostolica sedes semper in sana doctrina perstitit”.¹ Item in cap. CVI ad consulta Bulgarorum respondens Nicolaus, postquam secundum Petrum Chrysologum enuntiavit, beatum Petrum, qui in sua sede vivit et praesidet, dare quaerentibus fidei veritatem, hanc sententiam ita explicat: „Nam et sancta Romana ecclesia semper sine macula fuit et ruga, nimirum quia ille hanc instituit, cuius fidei confessio divinitus exstitit approbata.”²

46. — Apostolica sedes doctrinam traditam non tantum semper incorruptam servat, sed etiam cum omnibus eam desiderantibus pure communicat. Nicolaus Michaeli imperatori et Photio scribens libenter in memoriam revocat facta quaedam historica, in quibus exercitium potestatis magisterii apparebat: „Et rursum, quasi non et venerandae memoriae Methodius in Graecia persecutione fervente hic apud beatum Petrum et apud nos, ubi olim Athanasius, ubi Paulus, ubi plurimi cum illis et praeter illos, ubi denique semper catholicis subvenitur, consecuti sint requiem, donec apprehenderet campum certaminis iam satiatus lacte huius matris omnium, sanctae videlicet Romanae ecclesiae, catholicum dogma defendere eruditus . . .”³ Et ad Photium (866 NOv. 13): „Sane si horum (sc. Gelasii, Gregorii, Hadriani. de quibus mentionem facit supra), tamquam ignotorum, sanctitatis insignia non agnoscebas, licet, cuius fidei, cuius studii fuerint, per eorum nosse scripta sufficeres, saltem Coelestini atque Leonis eiusdem sedis pontificum, reverentiam piae oculis habuisses, quorum sententiae tota per mundum diffusa inclinatur ecclesia quorumque doctrinam, sicut sacratissima tertia et quarta synodo videre est, christiana veneratur apprime religio, quin immo et quorum virtutes, decus et eloquentiae nitorem necnon et morum probitatem ac exhortationum suavitatem non solum fideles reges, verum etiam infideles ac tyranni barbarique principes reverentia vel pavore non modico mansuefacti vehementer amplexati sunt et sectati”.⁴

Magisterium Romanae sedis Nicolaus commendat quoque ad con-

¹ MGH, Epist. VI p. 493; Jaffé n. 2813.

² MGH, Epist. VI p. 599 sq.; Jaffé n. 2812.

³ MGH, Epist. VI p. 473; Jaffé n. 2796.

⁴ MGH, Epist. VI p. 535; Jaffé n. 2814.

sulta Bulgarorum respondens, dum in cap. CVI iam laudato pergit: „Ad quam videlicet christianitatis fidem, licet eius mysteria consummate nullus intelligere valeat, vobis insinuandum inspirante Deo ecce scripta nostra et missos ac diversos codices in patriam vestram destinavimus . . . Sed et illi sive nunc sive posthaec semper in rebus dubiis et negotiis maioribus sedem totius ecclesiae more consulent apostolicam et ab illa instructi in quibus oportet instituent et quae Dei sunt, sedula praedicatione docebunt”.¹ Romanam ecclesiam de fide a singulis ecclesiis interrogatam Petri et per eum Christi Dei nostri auctoritate decernere, scribit Nicolaus in epistola quadam, quae Armeniorum principi missa esse (863) videtur: „Ceterum de fide vestra, quam ad nos scripsistis et per nos beato Petro et per eum Christo Deo nostro, dicendum est”.²

47. — Quia magisterium Romani pontificis summa auctoritate gaudet, ideo ab universa ecclesia p[er] omnibus reverenter recipi debet. Hanc obligationem diserte inculcat Nicolaus in epistola ad archiepiscopos et episcopos Galliae (865 ca. Jan. ex.) directa: „Si enim ipsorum (sc. Romanorum pontificum) decreto ceterorum opuscula tractatorum approbantur vel reprobantur, ita ut quod sedes apostolica probavit hodie teneatur et quod illa repulit hactenus inefficax habeatur, quanto potius quae ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro variis et multifariis ecclesiae necessitatibus et fidelium moribus diverso tempore scripsit omni debentur honore praeferri et ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus discretione vel dispensatione magistra reverenter assumi”.³

Fides Romanae ecclesiae tamquam suprema regula credendi pro universali ecclesia statuitur in epistola Nicolai, quae videtur Armeniorum principi (863) directa esse: „Sic enim et nos et antecessores nostri omnes a sancto Petro principe apostolorum ac Paulo praedicatore veritatis crediderunt et praedicaverunt, et ita sentit et credit atque praedicat sancta Dei catholica et apostolica Romanorum ecclesia. Eos autem, qui non ita sapiunt et credunt, repellit et a sua communione sequestrat.”⁴

¹ MGH, Epist. VI p. 600; Jaffé n. 2812.

² MGH, Epist. VI p. 453; Jaffé n. 2736.

³ MGH, Epist. VI p. 394; Jaffé n. 2785.

⁴ MGH, Epist. VI p. 453; Jaffé n. 2736.

Romana ecclesia secundum primatus sui auctoritatem contra errores in ecclesia exortos prima semper sententiam decernebat, cui sententiae deinceps universalis ecclesia obtemperabat. Ita scribit Nicolaus (866 Nov. 13) archiepiscopis metropolitanis et episcopis Constantinopolitanae ecclesiae subiacentibus, postquam sex capitula Romanae synodi (praesertim ultimum „De sacris imaginibus“) adduxit: „Haec sunt, quae sedes apostolica statuit; haec sunt, quae synodice regulariterque decrevit; haec sunt, quae vos tanto studiosius oportet amplecti, tanto sollicitius observare, quanto sat tis nostis, quae ad ea statuta fuerint, haec universalem semper ecclesiam tenuisse, ita ut contra singulos errores in ecclesia exortos prior haec secundum primatus sui auctoritatem sententiae terminum dederit, et ita demum universalis ecclesia, licet aliquando per aliquantum temporis in quibusdam reluctata sit, quae illa tamen probavit, quandoque probaverit et, quae illa refutavit, ipsa refutaverit.“¹

§ 2. *Auctoritas legislativa.*

48. Sedes apostolica pro suo primatu in universalem ecclesiam non solum de rebus fidei et morum decernere, sed etiam leges ferre et decreta statuere, quae cunctos fideles obligant, potest, unde sponte ei auctoritas iudicaria seu iudicialis et exsecutiva seu punitiva consequuntur.²

Auctoritatem legislativam Romanae sedis in memoriam revocat Nicolaus scribens Rodulpho Bituricensi archiepiscopo eiusque suffraganeis (864 med. ann.) et quidem tamquam rationem, cur apostolica sedes ius semper habuerit, de omnibus sacerdotibus, patriarchis non exceptis, iudicare: „... iusque semper et fas habuisse (sc. apostolicam sedem) de omnibus sacerdotibus iudicare, utpote cui facultas est in tota Christi ecclesia leges speciali prerogativa ponere ac decreta statuere atque sententias promulgare.“³ Et statim subiungit Nicolaus, hanc auctoritatem esse originis divinae et traditione ecclesiae comprobata: „Quod vestra reverentia non nos existimet, quia nostra dicimus, in hoc quic-

¹ MGH, Epist. VI p. 453; Jaffé n. 2736.

² MGH, Epist. VI p. 523; Jaffé n. 2819.

MGH, Epist. VI p. 296; Jaffé n. 2764.

quam praeter veritatem edicere, cum Dei potius quam nostra sint beati Petri meritis Romanae sedi collata, et arbitremur, quod nos hinc asserimus, etiam vos nullatenus ignorare et, quae in praesenti pagina scribimus, vos affatim in archivis vestris recon-dita possidere.”¹

Auctoritatem legislativam Romani pontificis canonibus esse sancitam, Nicolaus scribit etiam in epistola ad Hincmarum (863 ca. Apr. 28) de rebus in Suessionensi concilio in causa Rothadi agens: „Verum de Rothado, viro venerabili, secundum indultam nobis a sanctis regulis potestatem, quae praecipiunt id observandum, quod nostro qualicumque consilio visum existerit, in episto-la nostra . . . decretum atque definitum a nobis esse dignoscitur.”²

49. Auctoritas legislativa Romani pontificis suprema est: unde Romanus pontifex tam canones synodales quam decreta praede-cessorum pontificum pro necessitate temporum mutare potest. In hanc sententiam citat Nicolaus verba Gelasii I. ex epistola ad episcopos per Lucaniam etc. constitutos directa: „Necessaria rerum dispositione constringimur et apostolicae sedis moderamine convenimur sic canonum paternorum decreta librare et retro prae-sulum decessorumque nostrorum pracepta metiri, ut, quae praesentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda depositit, adhibita consideratione diligent, quantum potest fieri, temperemus.”³

Pro suprema sua auctoritate sedes apostolica cuncta sive sola per se sive mediante synodo ordinare valet, prout scribit Nicolaus (862 Nov. 23) ad Carolum Calvum: „Sedes haec sancta atque praecipua . . . in omnibus mundi partibus rectitudinis suae disposi-tione salubri cuncta ordinare perficereque divino freta procurat auxilio et, quod singulari etiam auctoritate perficere valet, mul-torum saepe sacerdotum decernit diffinire consensu.”⁴

Auctoritas legislativa Romani pontificis est igitur a qualibet humana potestate independens et non limitatur nisi lege naturali,

¹ Ibidem.

² MGH, Epist. VI p. 363; Jaffé n. 2721.

³ MGH, Epist. VI p. 480; Jaffé n. 2796. Cf. Gelasii I., epist. ad episcopos per Lucaniam et c. constitutos, Mansi 8, 37; Jaffé n. 636.

⁴ MGH, Epist. VI p. 271; Jaffé n. 2699.

lege Mosaica et lege gratiae, quemadmodum scribit Nicolaus in epistola ad Photium directa (866 Nov. 13): „Igitur, cum ea, quae sedis apostolicae praesules instituerunt, in literis sacris invenias, imo vero in temetipso iugi perseverantia relegas, noli, quia decreta ipsorum non susceperis, amplius asseverare, cum ipsi nihil, nisi quod naturalis, quod Mosaica necnon et gratiae lex iussit, instituant.”¹

50. Nicolaus papa in eadem epistola ex suprema auctoritate legislativa consequentiam deductam enuntiat, secundum quam pro omnibus fidelibus obligatio exsistat, pro Graecis quoque et Constantinopolitanae ecclesiae praesulibus, decreta Romanorum pontificum et cognoscendi et sequendi: „Praeterea si profiteris omnia eorum decreta salutifera quidem fore, sed haec vos hactenus ignorasse, nec sic profecto excusabiles eritis. Nisi enim ignorantiae peccata essent, nequaquam psalmista pro his Dominum precaretur . . .”²

Nec plus quam ignorantia supremae auctoritati decretalium Romanorum pontificum obest absentia eorum in collectione canonum. Contra sententiam oppositam Nicolaus fuse disputat in epistola ad Hincmarum (865 ca. Jan. ex.) directa et affert triplicis generis argumenta: primo ad hominem, secundo ex ratione, tertio ex traditione. Afferantur singuli loci! Ad primum: „Quamquam quidam vestrum scripserint haud illa decretalia priscorum pontificum in toto canonum codicis corpore descripta, cum ipsi, ubi suae intentioni haec suffragari conspiciunt, illis indifferenter utantur et solum nunc ad imminutionem sedis apostolicae potestatis et ad suorum augmentum privilegiorum minus accepta esse perhibeant. Nam nonnulla eorum scripta penes nos habentur, quae non solum quorumcumque Romanorum pontificum, verum etiam priorum decreta in suis causis praeferre noscuntur.”³ Ad secundum: „Porro si ideo non decretales epistolae priscorum pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur adscriptae, ergo nec Gregorii sancti nec ullius alterius, qui ante ipsum vel post ipsum fuit, est aliquid institutum vel

¹ MGH, Epist. VI p. 536; Jaffé n. 2814.

² MGH, Epist. VI p. 536 sq.; Jaffé n. 2814.

³ MGH, Epist. VI p. 394; Jaffé n. 2785.

scriptum recipiendum, eo quod in codice canonum non haretatur adscriptum . . . Sed quare multum immoremur, cum nec ipsas divinas scripturas novi et veteris testamenti iam recipiemus, si istos duxerimus audiendos? Etenim neutrum horum in codice canonum habetur insertum.¹ Ad tertium: „Decretales epistolae Romanorum pontificum sunt recipienda, etiam si non sunt canonum codici compaginatae, quoniam inter ipsos canones unum beati Leonis capitulum constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis apostolicae custodiri mandantur, ut, si quis in illa commiserit, noverit sibi veniam denegari . . .² Consonat autem huic beatissimo papae Leoni sanctus et facundissimus in decretis suis papa Gelasius:³ Item, inquiens, decretales epistolas, quas beatissimi papae diversis temporibus ab urbe Roma pro universorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas.⁴

§ 3. *Auctoritas iudicialis et exsecutiva.*

51. Suprema iurisdictionis potesta Romani pontificis praeter auctoritatem legislativam secum fert quoque supremam auctoritatem iudicialem et exsecutivam. Nicolaus papa hanc auctoritatem tam multipliciter exercendo etiam theoretice a derogationibus vindicat. Imprimis inculcat Nicolaus, Romanum pontificem, quia cura ei incumbit totius ecclesiae, ius quoque habere de tota ecclesia iudicandi. „Quorum enim quis sollicitudinem gerit,” scribit Nicolaus Adventio Mettensi episcopo (864 Sept. 17), „et iudicium praetendere necesse est, ut beatus papa Innocentius ad Maximum scribens: Quorum enim, inquit,⁵ te maxima exspectat cura, praeципue tuum debent mereri iudicium. Ergo quia totius nos ecclesiae maxima cura praestolatur, nostrum praecepit debet ecclesia tota procul dubio iudicium promereri.”⁶ In epistola ad archiepiscopos et episcopos Galliae directa in hanc sententiam allegat verba Gelasii: „Nec plane, ait,⁷ tacemus, quod cuncta per mundum novit

¹ MGH, Epist. VI p. 394; Jaffé n. 2785.

² Cap. 5, Mansi 5, 1226; Jaffé n. 402.

³ Mansi 8, 148; Jaffé n. 700.

⁴ MGH, Epist. VI p. 395; Jaffé n. 2785.

Mansi 3, 1055; Jaffé n. 310.

⁶ MGH, Epist. VI p. 300; Jaffé n. 2768.

⁷ Mansi 8, 66; Jaffé n. 664.

ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat resolvendi, utpote quae de omni ecclesia fas habeat iudicandi.”¹

Secundum doctrinam Nicolai quaedam iudicia, patriarcharum nempe et metropolitanorum, exclusivo iure apostolicae sedi reservantur, alia vero, videlicet episcoporum, de iure tantummodo cum eius consulto atque consensu fieri possunt. Sed et quaecumque alia iudicia ecclesiastica Romanus pontifex sibi reservare potest.

De iudiciis patriarcharum et metropolitanorum scribit Nicolaus in epistola ad Rodulphum Bituricensem (864 med. ann.) directa: „Aut legite sacros canones et synodalia gesta revolvite et videte, quod sedi apostolicae non solum quoslibet metropolitanos, quorum causa eidem est sedi semper servanda, verum etiam patriarchas moris fuisse pro emergentium qualitate damnasse vel etiam absolvisse . . .”²

De episcoporum iudiciis multum agebat Nicolaus. In epistola ad archiepiscopos et episcopos Galliae in causa Rothadi directa, ubi ex verbis papae Gelasii³ adductis „Omnia denique huic novarat (sc. Nicaena synodus) Domini sermone concessa” statim concluditur: „Si omnia, ergo et episcoporum iudicia,”⁴ Nicolaus et pro inferiore ordine clericorum ius sibi vindicat ea apostolicae sedi reservandi: „An maiora negotia causas inferiorum clericorum esse conicitis, ut horum causas nobis et episcoporum vobis negotia tribuatis? Quamvis et inferioris gradus clericorum causas apud nos, cum tempus vel res exegerit, esse finiendas, e diverso procul dubio colligamus;”⁵ et allegat in suam sententiam papam Innocentium, „sicut beatus papa dicit Innocentius: Si quae autem cauae vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam

¹ MGH, Epist. VI p. 398; Jaffé n. 2785. Cf. Gelasii papae epist. ad episcopos Dardaniae (Mansi 8, 66; Jaffé n. 664). Vide et in aliis epistolis Nicolai. MGH, Epist. VI p. 501. 528; Jaffé n. 2813. 2819.

² MGH, Epist. VI p. 296; Jaffé n. 2764.

³ Mansi 8, 755; Jaffé n. 364.

⁴ MGH, Epist. VI p. 399; Jaffé n. 2785. Cf. ibid. p. 392. 393. 396 sq. De episcoporum iudiciis apostolicae sedi reservandis vide praeterea MGH, Epist. VI p. 380. 389 sq. 494; Jaffé post n. 2072, n. 2784. 2813.

⁵ MGH, Epist. VI p. 396; Jaffé n. 2785.

inferioris etiam fuerint exortae, ut secundum synodum Nicaenam congregatis eiusdem provinciae episcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat, sine praeiudicio tamen Romanae ecclesiae, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesiam nutu dīvino gubernant, ad alias convolare provincias.^{“1}

52. In genere Nicolaus iudicia sedi apostolicae reservanda secundum Innocentium I. et Leonem Magnum tamquam „maiora negotia et difficiliores causarum exitus“ designat. Innocentium I. allegat Nicolaus circa istam quaestionem v. g. in epistola ad episcopos synodi Suessionensis missa (863 ca. Apr. 28): „quoniam ex more secundum constitutionem maiorum, ut eadem ipsa verba ponamus, non solum de omnibus, quae possunt aliquam recipere dubitationem vel quamcumque incurrere quaestionem, verum de certis atque maioribus negotiis ecclesiasticis exsequendis, ad apicem episcopatus . . . debere vos referre cognoscitis.“^{“2} Leonem vero Magnum affert Nicolaus in epistola ad archiepiscopos et episcopos Galliae (865 ca. Jan. ex.) directa: „Nam cum maiora negotia et difficiliores causarum exitus liberum tibi esset sub nostrae sententiae exspectatione suspendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit in id, quod mensuram tuam excederet, deviandi.“^{“3}

53. Supremam Romani pontificis auctoritatem iudicialem et executivam ab universalis ecclesia inde ab initio Nicolaus saepe dicit agnosci, v. g. in epistola ad Michaelem imperatorem (866 Nov. 13) directa: „constat eos, qui semel a sedis apostolicae praesulibus perculti sunt, sententia illius hodieque constringi, ita ut eorum nonnullos quidem prolata contra se iudicii tela principum tegmine munitos non statim sauciaverint, quandoque tamen medullitus penetraverint, nonnullos autem etiam post mortem susceptam cunctis execrabiles omnino reddiderint. Quotquot autem in ipsa communione sedes apostolica tenuit, aut, dum viverent, ab ecclesia sunt universali recepti aut postmodum ab ea summa celebritate

Ibidem.

MGH, Epist. VI p. 356; Jaffé n. 2723. Cf. epist. Innocentii I. ad Felicem Nucerianum, Mansi 3, 1045; Jaffé n. 314.

³ MGH, Epist. VI p. 395 sq.; Jaffé n. 2785. Vide epist. Leonis I. ad Anastasium Thessalicensem, Mansi 5, 1278; Jaffé n. 411. Cf. et alias epistolae Nicolai, MGH, Epist. VI p. 381. 389. 493; Jaffé post n. 2772, n. 2784. 2813.

retenti; praeterea illos, in quorum damnatione non consensit, singulari praerogativa dissolvit. Quae ut manifestius prudentia tua cognoscat, ex his puuca commemorare studebimus.¹ Deinde Nicolaus ad enuntiationem suam comprobandum affert ex ordine: damnationem Simonis magi ab apostolo Petro prolatam, sententiam papae Victoris in causa quartodecimanorum, damnationem Acacii a Felice et Gelasio atque Anthimi ab Agapito prolatam, quam ultimam Silverius et Vigilius non obstantibus persecutionibus ex parte Theodorae augustae factis non mutant; praeterea sententiam papae Coelestini de Nestorio per epistolam ad Cyrilum, tandem sententiam papae Martini de Cyro, Sergio, Pyrrho et Paulo.²

Item in causa Photii et Ignatii, quemadmodum testatur Nicolaus in epistola omnibus fidelibus missa (862 Mart. 18), Romanus pontifex tamquam iudex supremus ob suum primatum invocatur: „Quod igitur generali notitia exstat universae plebi Dei vulgatum, minime vestrae sanctitati habetur incognitum, qualiter, praeterito iam tempore sancta Constantinopolitanae urbis ecclesia, immo Graecorum inclitus imperator (sc. Michael III.) cum christianissima plebe . . . legatos ad hanc sanctam et omnium ecclesiarum matrem miserunt ecclesiam, discretissima videlicet postulatione consulentes, qui diffinitionis calculus super huiuscemodi praevicationibus nostro iudicio deberetur imponi; sancta scilicet ac salubri discretione perducti ab hac principali ecclesia, quam veraciter intellegunt a Christo Salvatore percepisse sui principatus privilegia, non immerito ob aedificationem religionis et recuperationem pacis atque concordiae sub canonica diffinitione sibi dari poscentes iudicia.“³ Imo Photius ipse se suosque fautores obligatos iudicat sententia Romani pontificis, prout Nicolaus Michaeli scribens (866 Nov. 13) concludit ex epistola ab imperatore sibi directa: „Iam vero si sententia nostra se ac fautores suos iudicat (sc. Photius) obligatos et idem cum eis posse absolvi, — hoc enim significare videmini cum epistola nobis directa nos mutare voluntatem, consilium ac sententiam saepius exhortamini; utique

¹ MGH, Epist. VI p. 502; Jaffé n. 2813.

² Ibid. p. 502 sq. 506.

³ MGH, Epist. VI p. 441; Jaffé n. 2690.

non praetendit iniustitiam et esse alicuius momenti profecto non dubitat, quae tum potuit obligare et a qua se cum fautoribus suis possit absolvı, quia non posset obligare nisi iusta.^{“1}

54. Quia Romano pontifici suprema competit auctoritas iudicinalis, ei appellationes quoque ex tota ecclesia accipere licet, dum e contrario ab apostolica sede nulli est appellare permisum. De apostolicae enim sedis iudicio nemini licet retractare; prima sedes non iudicatur a quoquam.

Nicolaus papa ius appellationis ad Romanam sedem comprobat imprimis duobus canonibus concilii Sardicensis, quos in extenso adducit in epistola ad episcopos synodi Suessionensis directa (863 ca. Apr. 28),² et praeterae canone 9 concilii Chalcedonensis, quem bis citat, videlicet in epistola ad Karolum Calvum (865 ca. Jan. ex.) directa³ et in epistola ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28) missa,⁴ at praesertim in ultimo loco perperam interpretatur.

Appellationem a Romana ecclesia non dari monet Nicolaus in epistola ad Hincmarum (865 ca. Jan. ex.) directa: „privilegia tamen sedis apostolicae vos oblivioni tradere nullatenus debuistis, quibus venerandi canones iudicia totius ecclesiae ad hanc deferri iubent, et ab illa, sicut sanctus Gelasius meminit,⁵ nusquam appellare sanxerunt; ac per hoc ipsa de omnibus iudicare, ab illa vero nulli est appellare permisum . . .”⁶

55. Romani pontificis iudicium a nemine esse retractandum, Nicolaus probat in epistola ad Michaelem imperatorem (865 Sept. 28) directa: „Quoniam cum secundum canones,⁷ ubi est maior auctoritas, iudicium inferiorum sit deferendum, ad dissolvendum scilicet vel ad roborandum, patet profecto sedis apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum

¹ MGH, Epist. VI p. 506 sq.; Jaffé n. 2813.

² MGH, Epist. VI p. 358; Jaffé n. 2723. Vide Mansi 3, 23 (c. 3); 24 sq. (c. 7).

³ MGH, Epist. VI p. 385; Jaffé n. 2783.

⁴ MGH, Epist. VI p. 470 sq.; Jaffé n. 2796.

⁵ Cf. epist. ad Faustum (Mansi 8, 17; Jaffé n. 622) et epist. ad episcopos per Dardaniam constit. (Mansi 8, 54, 66; Jaffé n. 664).

⁶ MGH, Epist. VI p. 390; Jaffé n. 2784. Cf. praeterea ibid. pa 393. 480 sq.; Jaffé n. 2785. 2796.

⁷ Cf. conc. Carthag. III. (Mansi 3, 718); conc. Chalc. c. 9 (Mansi 7, 376).

neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio.^{“1} Ad hanc sententiam confirmandam Nicolaus praeterea adducit verba papae Bonifacii Rufo et ceteris episcopis per Thessaliam et alias provincias constitutis scribentis:² „Nemo, ait, umquam apostolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obvias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari“ et Gelasii commonitorium Fausto datum:³ „Ipsi sunt canones, qui . . . ipsam (sc. apostolicam sedem) ad nullius commeare iudicium nec de eius umquam paeceperunt iudicio iudicari sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cuius potius sequenda decreta mandarunt.“⁴

56. Non solum in iudicio, sed neque in ulla alia causa iudicari posse a quoquam Romanum pontificem, comprobant Nicolaus indirecte in magna illa epistola ad Michaelem directa, adhibens principium fundamentale: „non posse quemquam rite ab his, qui inferioris dignitatis vel ordinis sunt, iudicialibus submitti definitionibus,“ quod principium illustratur episodio ex concilio apocrypho Sinuesso:⁵ „Siquidem tempore Diocletiani et Maximiani augustorum Marcellinus episcopus urbis Romae, qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus est a paganis, ut in templum eorum ingressus grana turis super prunas poneret. Cuius rei gratia collecto numerosorum concilio episcoporum et inquisitione facta hoc se idem pontifex egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre in eum sententiam ausus est, dum ei saepissime omnes perhiberent: Tuo ore iudica causam tuam, et rursus: Quoniam ex te, inquiunt, iustificaberis aut ex ore tuo condemnaberis; et iterum dicunt:⁶ Prima sedes non iudicabitur a quoquam.“⁷ In sequentibus deinde ad comprobandum principium adducit Nicolaus facta historica, in quibus consequentia principii ad Romanam sedem applicati manifestatur: Dioscorus Alexan-

¹ MGH, Epist. VI p. 480; Jaffé n. 2796. Cf. praeterea ibid. p. 321. 323. 346. 606; Jaffé n. 2870. 2873. 2886. 2879.

² Mansi 8, 757; Jaffé n. 365.

³ Mansi 8, 17; Jaffé n. 622.

⁴ MGH, Epist. VI p. 481; Jaffé n. 2796.

Mansi 1, 1249 sqq.

⁶ Mansi 1, 1257.

⁷ MGH, Epist. VI p. 466; Jaffé n. 2796.

drinus antistes in concilio Chalcedonensi idcirco potissimum, teste tum sententia in ipsum prolata¹ tum Anatolio Constantinopolitano praesule,² damnatus est, „quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni;”³ Theodorico Ariano contra papam Symmachum synodum congregare volente, episcopi „suggeserunt ipsum, qui dicebatur impetus, debuisse synodum convocare, scientes, quia eius sedi primum Petri apostoli meritum vel principatus, deinde secuta iussionem Domini conciliorum venerandorum auctoritas ei singularem in ecclesiis tradidit potestatem nec antedictae sedis antistitem minorum subiacuisse iudico.”⁴ Et rursus: Causas, inquiunt, Dei ipsius esse iudicio commitendas . . .⁵ Et iterum idem ipsi dicunt: Quod dicebatur, maioris iudicio servabamus, instruentes eos, quia per nos illis Christus innotuit non esse ovium lupi insidias praevide, sed pastoris.⁶ Ad postremum vero isti venerabiles praesides, cum vidissent, quod non sine sui discrimine potuissent contra caput ovices (i. e. obices) manus suas erigere, quicquid de saepelati Symmachi sanctissimi papae actibus delatum fuerat, totum Dei iudicio reservarunt, ita ut singuli quique in subscriptione sua hoc patenter indicent, cum dicunt:⁷ Laurentius episcopus ecclesiae Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totalm causam Dei iudicio commisimus, subscripsi, similiter Petro episcopo ecclesiae Ravennatis et ceteris episcopis subscriptebus.⁸

Eandem conclusionem, nempe Romanum pontificem neque ab ulla saeculari potestate posse iudicari, Nicolaus in eadem epistola ex alio capite deducit, ex distinctione nempe inter sacerdotium et imperium: „Quoniam idem mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit . . ., ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro cursu tempo-

¹ Mansi 6, 1047.

² Mansi 7, 103.

³ MGH, Epist. VI p. 467; Jaffé n. 2796.

⁴ Ibid. p. 468. Cf. MGH, Auct. antiquiss. XII p. 426.

⁵ Cf. MGH, Auct. antiquiss. XII p. 430.

⁶ Ibid.

MGH, Auct. antiquiss. XII p. 432.

⁸ MGH, Epist. VI p. 468 sq.; Jaffé n. 2796.

ralium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur. Quibus omnibus rite collectis satis evidenter ostenditur, a saeculari potestate nec ligari prorsus nec solvi posse pontificem, quem constat a pio principe Constantino, quod longe superius memoravimus.¹ Deum appellatum nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est.^{“2”}

C O N C L U S I O.

57. Doctrina s. Nicolai I. de primatu Romani pontificis exposita, nimis quidem ridige, sed quantum fieri potuit accurate et verbis adductis ipsius Nicolai, iam sententia aliqua statui potest circa doctrinae Nicolaianae indolem atque circa obiectiones contra doctrinam Nicolai ab acatholicis moveri consuetas.

Nicolai I. doctrina de primatu Romano theologica tota quanta in textibus s. scripturae et traditione ecclesiae universalis fundatur et proinde valde positiva est dicenda. Copia documentorum christiana traditionis, quae in epistolis Nicolai allegantur, amplissima est et in genere sat apte adhibetur atque intelligenter explicatur. Textus apocryphi in nostra quaestione adducti rarissimi sunt et nonnisi ad illustrationem atque expressionem doctrinae usurpantur.³

At doctrina Nicolai de primatu minime in formulis traditionis adducendis sistit, sed saepissime in factis historiae ecclesiasticae singularibus principia generalia pervestigantur, quae deinceps iterum ad casus concretos, noviter propositos, applicantur. Quo in processu quoddam rationis theologicae opus non spernendum observatur. Quae ratio theologica interdum eousque praecurrit, ut documenta quaedam, ad litteram quod attinet, vel false interpretentur, v. g. can. 9 Chalced. Sed probe animadverti oportet, casus huiusmodi esse rarissimos nec doctrinae Nicolai theologicae valori, aliis quoque textibus recte explicatis firmiter comprobato, quicquam praeiudicii inferre. Imo ratio theologica, in genere bene applicata, doctrinae Nicolai specialem quandam firmitatem et

¹ MGH, Epist. VI p. 456; Jaffé n. 2796.

² Ibid. p. 486.

³ Vide supra n. 56.

cohaerentiam tribuit. Quapropter dicendum et, in epistolis Nicolai circa explicationem dogmatis de primatu Romani pontificis respectu ad evolutionem Nicolao anteriorem revera progressum quendam observari. Istius progressus definitio accuratior nostrae dissertationis limites nimis valde transgrederetur, cum ad id accuratior quoque investigatio progressus in dogmatis de Romani pontificis primatu explicatione anterioris requiratur.

58. Si nunc ad tritas contra Nicolai I. de primatu Romano a catholicorum obiectiones convertamur, statim animadvertere possumus, eas esse iniustas, quia doctrinam Nicolai de primatu Romano genuinam non respiciunt.

Imprimis ea ratio, secundum quam Nicolaus I. ambitione dominandique cupidine sua schisma Orientalem inter Occidentalem ecclesiam provocasset, iam ex eo sustineri non potest, quia Nicolaus papa nonnisi „tamquam minister Christi et dispensator mysteriorum eius“ doctrinam suam ex fontibus revelationis depropnsit, cui doctrinae suam quoque agendi rationem conformare necessario studebat. Quamcumque aliam interpretationem non ex fontibus historicis, sed ex praeiudiciis praeconceptis promanare, ex supra expositis satis elucet.

Secunda obiectio, Nicolaum papam esse monarchiae papalis seu primatus super universam ecclesiam primum adinventorem, item ex doctrina Nicolai I. ipsa omni fundamento carere ostendi potest. Nicolaus I. doctrinam suam de primatu Romani pontificis ex traditione ecclesiae universalis desumpsit eamque, prout necessitas ferebat, ad facta singularia applicabat eamque accuratius revera explicabat, minime vero effingebat.

Tertia tandem obiectio, Nicolai I. doctrinam de primatu Romani pontificis nonnisi super documentis commentitiis (in specie super Donatione Constantini et Decretalibus pseudo-Isidori) ac fallaci interpretatione synodalium decretorum esse fultam, similiiter atque praecedentes obiectiones ex doctrinae Nicolai fontium indagatione comprobari non potest. Etiam si concedatur, Nicolaum I. vel eius epistolarum redactorem iam ante a. 864 Decretalia pseudo-Isidori non latuisse, minime influxus eorum ullus in doctrinae Nicolai I. de primatu Romano substantiam deprehendi potest. Doctrinam suam Nicolaus ex fontibus revelationis

satis comprobat et explicat nec ullo documentorum fictitiorum fulcro indiget. Si alicubi Nicolaus auctoritatem textuum pseudo-Isidori comprobare videatur,¹ hoc nonnisi eo fit, quod de eorum genuinitate persuasus ad eos principium generale, quaecumque decretalia Romanorum pontificum, sive in codice canonum continentur, sive non continentur, aequali auctoritate gaudere applicat.² Ceterum vero doctrinae Nicolai I. de primatu Romano comprobanda ratio cum pseudo-Isidori decretalibus nihil commune habere videtur. Accuratores hac de re disquisitiones aliis dissertationibus reservare opportet.

U. I. O. G. D. et B. M. V.

VARIA

DE HOROLOGIO OLOMUCENSI

Dr. Fr. Robenek.

Inter pretiosissima illa ac perantiqua collegii ecclesiae Olomucensis cimelia numeratur codex, qui inscribitur Horae saeculi XII., hisce tamen temporibus omnino fere Horologium Olomucense nuncupatur. Qui codex asservatur in regia bibliotheca Stokholmi, quod est caput Scandiae (Schweden), tamquam „Breviarium Bohemicum“ sub sign. Theol. MSS. A 144. Scriptus est in membrana, cuius mensura 211×285 mm efficit.

Codex inventus per impigerrimum illum historicum Moravensem P. Beda Dudík, qui, cum bis Scandiam peragraret, antiquas litteras ad nostram patriam pertinentes explanavit, editus est ab eo in actis periodicis: Archiv f. öster. Gesch. Tom. 59., 1879 sub titulo: „Necrologium Olomucense“ Qui auctor animum praeципue advertit ad calendarium et necrologium huius codicis, quae pro historia Bohemica plurimi aestimavit.

Cuius manuscripti Collectae, Orationes et Capitula distincta

¹ Vide praesertim epistolam Nicolai archiepiscopis et episcopis per Galliam constitutis (865 ca. Jan. ex.) directam, MGH, Epist. VI p. 395; Jaffé n. 2785.

² Cf. P. Fournier, Étude sur les fausses décrétales, Revue d'histoire ecclésiastique, Tome VIII (Louvain 1907) p. 19—49, praesertim p. 47sq.

pulcherrimis ornamentis et picturis demum in nova et splendidissima editione codicis praecipue quoad artes in existimantium arbitrium venerunt. Quam novam editionem procuravit prof. Antonín Friedl per curam collegii: Knihovna kruhu pro pěstování dějin umění. Lib. I. Pragae 1927. Inscriptio libri est: Hildebert a Evervin, románští malíři. In appendice reperiuntur 41 imagines.

Argutissima analysi stili et formae et compositionis, et subtili comparatione cum picturis saeculi XII., praesertim cum Pragensi manuscripto S. Augustini operis, quod inscribitur „De civitate Dei“ peracta pervenit auctor ad hanc conclusionem: Scriptor codicis Stokholmensis est monachus -R-, qui etiam initiales litteras delineavit. Pingendi artifex exstitit Hildebert et eius minister et adiutor Everwinus. Figurae horum artificum adnexae sunt cum praedictis nominibus infimae parti capitalis picturae, quae foundationem et dedicationem novae ecclesiae Olomucensis S. Wenceslai et collegii canonicorum ad eam adscripti insinuat. Scriptor codicis -R- (cuius nomen non potest accuratius indagari) usus est in opere formis antiquioribus, quae tempore Carolingorum et Ottonorum florebant. Hildebertus autem pictor, e recentiore schola Saliburgensi ortus, pingit iam iuxta novas formas Italico-byzantinas, licet compositio eius non semper ab antiquiore stilo Carolingio-Otonico vacet.

Aetas codicis destinatur tabula chronologica, qua dies fasti designantur. Incipiens ab anno 1136 procedit usque ad a. 1169. Anno 1136 erat igitur liber ad usum comparatus et ad finem perductus. Totus codex scriptus est per manum unius scriptoris, qui calendarium ad diem 30. Junii anni 1131 perduxisse videtur, qua die „Dedicationem monasterii (capituli) s. Wencezlai“ meminit. Manus secundi scriptoris adiunxit dies obitus episcoporum Olomucensium, incipiens ab Johanne I., tertio episcopo Olomucensi usque ad Johannem Bawarum ep. XIII., qui anno 1201 mortuus est. Praeterea addidit diem obitus Wencezlai ducis, fundatoris ecclesiae Olomucensis — († 1. III. 1130.) — et nonnullarum personarum laicarum. Postremo denique manus tertii cuiusdam scriptoris nonnulla nomina sanctorum adscripsit. Sed ab anno 1301 desunt quaecunque adnotationes, ita ut codex ille episcopi Roberti aetate (1201—1240) iam non in usu fuisse videatur.

Imago capitalis, qua initia episcopatus Olomucensis significantur.

Imagine in folio 34^v depicta modo symbolico erectio ecclesiae (episcopatus) Olomucensis eiusque per Henricum Zdik amplificatio exprimitur, simulque ratio significatur, quae libro huic cum collegio capituli ecclesiae Olomucensis ad S. Wencezlaum intercedit.

In media imagine appet effigies Summi Pontificis Romani, qui sedet in distincto throno, in pleno ornatu et mitra aptatus. Circa caput eius legimus verba: S. Gregorius. Ad aurem eius dextram columba desuper advolans, quae significat Spiritum Sanctum, susurrat ei gravissimum consilium, scilicet: totam vitam ecclesiasticam renovare et ecclesiam Dei contra quamcunque vim et potentiam huius saeculi tueri. Summi Pontificis Gregorii VII., pristini monachi Hildebrandi, figura efficitur pars summa totius compositionis, quae magnifico operi ab hoc SS. Papa in dilatatione et confirmatione vitae ecclesiasticae perfecto congruit, qui etiam ecclesiam Christi a pernitiosa et noxia vi et potentia huius saeculi vindicare studuit.

Iam ante tempus pontificatus sui columen et firmamentum praedecessorum suorum pontificum Romanorum: Leonis IX., Nicolai II. et praecipue Alexandri II. se praestitit, et postquam ipse gubernacula ecclesiae S. Petri suscepit, pro libertate ecclesiae et integritate vitae ecclesiasticae omni modo non sine parvo periculo vitae sua ad finem dierum suorum impavide propugnabat.

Hoc studio et industria vitae religiosae, quae ex monasterio Cluniacensi per totam ecclesiam Christi longe lateque diffundebantur, imbutus erat dux Bohemiae Spitigneus. De quo vetustissimus noster Cosmas haecce verba profert: „Talis enim mos suus erat: semper quadragesimali tempore aut monachorum aut canonicorum degens in claustro elemosinis vacabat, divinis officiis instabat, vigiliis et orationibus inhorebat, sic tamen, ut ante matutinalem melodiam aut cum extensione manuum aut cum genuflexionibus totam ruminaret psalmodiam. Post completorium vero ad instar monachorum servat silentium usque ad prime stacium. Et quamdiu iejunus fuit, ecclesiastica disponit negotia, post prandium autem secularia tractat iudicia. Pelliciam autem episcopa-

lem et tunicam clericalem, quam desuper induens in capite ieunii per totam quadragesimam gestabat, in cena Domini suo capellano cubiculario eam dabat bene et religiose reputans, ut, qui tempore penitencie particeps laboris fieret, in die magne festivitatis non inmunis abiret." (Cosmae Pragensis Chronica Boemorum, Lib. II, Cap. XVI.)

Cum autem duobus annis post obitum illius piissimi ducis Spittigene ecclesia Olomucensis anno D. 1063 fundata fuisset, tamquam certum existimare possumus hunc ducem fundationem ecclesiae Olomucensis certe inaugurasse, sed morte prematura esse impeditum opus hoc honestum perficere. Quo anno Severus, episcop. Pragensis, nimia Wratizlai ducis efflagitatione Johannem episcopum in Moravia promoveri consensit. (Ibidem Cap. XXI.)

Si itaque ecclesiae Olomucensis erectio Gregorium Papam tamquam inspiratorem suum habuisse videbatur, praestitit se hic antistes S. Petri ecclesiae Olomucensi in posterum protectorem et tutorem validissimum, quod etiam hac imagine amplius depingitur.

Thronum et figuram SS. Papae manibus suis duae personae fulciunt, quas auctor Ant. Friedl cum quadam probabilitate tamquam architectos seu fabros ecclesiae S. Wencezlaei Olomucii affert. Sed quia tota imago alegoricam ideam et erectionem episcopatus Olomucensis designat, primum apparet has personas laicales ideam Gregorianam potius et erectionem episcopatus Olomucensis quam maxime divulgavisse. Junior eorum, qui in parte sinistra constitit, indutus vestem caeruleam circa collum limbo aureo praetextatam, zona quoque aurea succinctus, bracas exhibet virides, calceamenta fusca punctis albis distincta. De cuius zona vagina ense recondito pendet. Super caput eius legitur inscriptio: Marc' (Marcus). Alter vir thronum papalem a dextris sustinens, natu maior et barbatus tunicam rubram indutus est cum calceamentis supra descriptis, succinctus zona cum dependente vagina et ense recondito. Ad sinistram et dextram partem capitis est superscriptio — propter loci angustias dirupta: Hod — lata. Qui duo viri honestissimi et nobilissimi Caryatidarum instar thronum papalem ferentes non sunt figurae solummodo decorativae, sed reales, qui quondam magno operi a SS. Papa Gre-

gorio confecto operam navabant. Qui tamen viri illi nobilissimi de episcopatu Olomucensi eriendo et de reformationis Gregorianae opere divulgando optime meriti fuerint historia nostra hunc ad diem nondum evinci potuit. Solummodo nomina eorum Marcus et Hodlata comprobata sunt.

In extrema sinistra imaginis parte SS. Gregorio averso astitit turma clericorum, quorum primum locum obtinet episcopus mi-thra et baculo sollemniter ornatus cum inscriptione I. E. (Joannes Episcopus). Episcopum comitatur monachus cum baculo signatus titulo „Abbas“. A cuius tergo ad marginem imaginis alter monachus assignatur littera R. Deinde sequuntur adhuc monachi ter bini collocati.

Auctor monographiae Hildebert a Everwin Ant. Friedl profert sententiam hunc episcopum I. E. esse Joannem episcopum Pragensem (1134—1139), qui anno D. 1136 cum episcopo Olomucensi Henrico Pragae festum Nativitatis Domini celebravit, quo peracto ambo Moraviam adierunt, ibique Olomuc in sede pontificatus festum Epiphaniae egerunt. (Canonicus Wyšegradensis ad a. 1137.) Ibique Henricus antistes Joanni ep. Pragensi dioecesim suam administrandam tradidit, cum ipse iter susciperet Hierosolymam. Nullo tamen testimonio comprobari potest antistitem Pragensem Joannem ad erectionem novae ecclesiae Olomucensis stipem contulisse et dies festos ac sollemnes Olomucii concelebravisse.

E contrario.

Praedicta turma effingit enim episcopatum Olomucensem anno 1063 erendum et magnas difficultates, quae exstiterunt novae ecclesiae eiusque praesuli ex parte episcopi Pragensis Jaromiri — Gebhardi.

I. E. — Ioannes Episcopus, qui se cum suo comitatu ad tutelarem suum Gregorium papam clientelam petens vertit, est primus episcopus denuo erecti episcopatus Olomucensis, qui autem in horologio huiuscemodum codicis tertius ep. nuncupatur. Sedit in episcopatu Olomucensi ab anno 1063 usque 1085.

Episcopum comitatur Abbas, sine dubio abbas Břevnoviensis, nam hic Ioannes Olomucensis ex monasterio Břevnovensi ad episcopatum Olomucensem promotus fuit, et abbas huius mona-

sterii certe monachum egregium sui monasterii totis viribus protexit.

Nam in hisce gravissimae afflictionis diebus — cum enim Gebhardus episcopus Pragensis Joannem Olomucensem de sede episcopali amovere studuit — episcopus Olomucensis se ad ducem Wratizlaum contulit et teste annalium scriptore Cosma tali modo cum eo conquerebatur: „.... Quid enim ego deliqui aut merui, qui nil nisi quod placuit tibi feci? Ecce ego licet indignus, tamen dictus per tuam gratiam episcopus, flagellis cesus preconis usque ad fastidium mallem numquam attigisse pontificale fastigium. Certe aut me meo abbati redde, quamvis tarde, aut mecum equanimiter hanc contumeliam comportando divide et me aut nuncium meum ad apostolicam sedem dirige . . .“ L. c. Lib. II, Cap. XXVIII.

Cumque prima legatio Romam ad Gregorium papam missa ad vanum et irritum redacta fuisset, „.... dirigit dux Romam Petrum presbiterum, pollentem sancti Gregorii prepositura et ceteros precellentem scientie literatura . . . cum comite Preda, ut de illatis iniuriis ad apostolici aures deferant . . .“ Ibidem Lib. II, Cap. XXIX.

„Examinata re Gregorius papa causam episcopi Olomucensis potenter suscepit et apocrisiarium et consiliarium suum Rudolfum Boemiam dirigit, ut vice ipsius errata corrigat . . . bidem Lib. II, Cap. XXIX.

Hic denique iussit ducem, ut omnes principes terrae simul et abbates ac praepositos ecclesiarum nec non et Joannem episcopum Moraviensem ad synodum convocaret sacram, in quo episcopum Olomucensem dignitati et iuribus pristinis restituit non sine modica resistantia partis contrariae.

Hunc Rudolfum consiliarium apostolicum, qui tam feliciter causam episcopi Olomucensis propugnavit, adesse in supradescrito comitatu episcopi Ioannis, et signatum esse littera R. nemo, ut reor, impugnabit.

Ad has magnas difficultates circa noviter erectum episcopatum Olomucense et ad magnum laborem, quem rei bene prosequendae adhibuit pontifex Maximus Gregorius VII. spectat circumscrip^{tio}, quae totam imaginem a parte sinistra per superiorem ad infimam

partem dextram amplectitur. Elegicon distichon est forma huius perobscuri versus, qui hisce verbis prosequitur:

PASTOR OVIS PREDAM QERIT LEA MISTICA
QUEDAM.
EST BOS PASTOR · OVIS ET LEA VACCA BOVIS

Sit mihi permisum explicare sensum, qui prioribus temporibus propter nimium discidium et exacerbitatem hisce gravissimis versibus hominibus suae aetatis discrete occultabatur.

Pastor ovis haud dubie est iterum Gregorius VII., ad quem adhuc duo aliae preces huius imaginis se convertunt. Per leam insinuat scriptor Gebhardum Pragensem, qui teste Cosma (Lib. II. Cap. XXVII.) „(Ille) vero velut leaena, quam exagitat fames . . .“ et iterum „. . . oblitus sacri ordinis, oblitus fraternitatis, immemor humanitatis, ceu leopardus lepusculum aut leo agniculum rapit. . . ad instar leae in episcopum Olomucensem furiavit.“

Praeda, quam querit et devorare studet lea mistica, est episcopus Olomucensis, quem adnectere episcopatu Pragensi Gebhardus omnibus viribus contendit; nisi scriptor simul in Predam, supradictum legatum Romam missum iocatur. — Quae tamen res alio modo ceciderat. Pastor ovis — Gregorius VII. — stetit animo invicto et obstinato tamquam bos, — figura bovis tamquam symbolum roboris usitata est¹ — et lea: Gebharus Pragensis ad officium revocatus est. Nam sicuti vacca bovem suum sequitur ei que obtemperat, sic se submisit. Qui versus clarissimus praebent exemplum artis illius scribendi, quae tempore medii aevi decenter simulque obscure sententias fastidiosas molesque ad perspiciendum tam difficiles proferre valebat, ut tantummodo bene informatis hominibus appareret, qua de re ageretur.

Sed nunc ulteriore descriptionem et expositionem imaginis supracommemoratae prosequamur.

In ima parte imaginis sinistra adstat figura nobilis viri, induit tunicam coloris viridis, circa collum et circa manus auro praetextam. Crura indumenti roseae, calceamenta coloris nigri cum

¹ Confer Dr. Michael Buchberger, Lexikon für Theologie und Kirche 1937 vocabulum: Stierdienst.

albis ornamentis. Barba et crini sunt fusci coloris. Ad dexteram pendet ensis in vagina albe ornata. Sinistra manu tenet membranam imo dependentem, sed quacunque scriptura vacuam. In sinistro genu apparet littera T. Sed nomen et significatio huius nobilis viri adhuc erui non potest.

A latere denique dextro accedit ad Gregorium Papam alia turma, in qua primum locum obtinet episcopus paramentis vestitus pontificalibus singulari modo ornatis, caput tectus mithra; humillime S. Pontificem reveritus profert rogationem, quam suis manibus in promissa membrana scriptam, tenet. In qua membra haec verba legimus:

O GREGORI DULCISSIMUM SANCTI SPIRITUS ORGANUM POSCE NOBIS SUFRAGIUM UT HOC POSSIMUS CONSEQUI.

Figura episcopi significata est litteris: H E

Henricus episcopus Olomucensis, Zdik qui dicitur, adiit magnum tutelarem et patronum Ecclesiae Olomucensis, qui ineunte episcopatu opem suam praestitit, ut in novo quoque opere omnibus, qui illo eniterentur, auxilium ferret.

Ex sensu predictae orationis colligi potest hanc imaginem iam ante consecrationem novae ecclesiae Olomucensis — id est ante 30. Junii anni 1131 — confectam fuisse. Sed verisimile est, orationem hanc spectare non solum ad aedificandam novam ecclesiam Olomucensem, sed ad reformationem totius vitae ecclesiasticae et religiosae nova ecclesia consecrata, quam piissimus ille ac ardentissimo studio incensus episcopus Henricus Zdik per totam vitam omni modo moliebatur.

Henricum episcopum comitatur ulterius sacerdos alba et fusco pluviali indutus portans baculum sui praesulis. Propius non est insignitus.

Quos duos clericos sequuntur tres personae. Primus eorum designatus inscriptione DUX, indutus est pluviali coloris viridis, quo tegitur inferior tunica caerulea aureo limbo praetexta. Capilli eius coloris sunt fusci.

Henrici episcopi potentissimum in peragendo opere adiutorem

se praestitit dux Wencezlaus Olomucensis, qui necrologio adnexo fundator ecclesiae Olomucensis appellatur. Ad 1./III. legitur ibidem: „Obiit Wencezlaus dux fundator Olomucensis ecclesie.“ Etiam si mortuus est iam anno 1130 id est plus quam unum annum ante consecrationem huius novae ecclesiae Olomucensis, fundatorem praedictae ecclesiae se praestitit et etiam moribundus magnam dotationem Henrico episcopo ad perficiendum opus donavit. Propterea „totius christianitatis pater et clericorum amator“ appellatus est. (Monach. Sazawiensis ad anno 1130.)

Ducem Wencezlaum sequitur vir super bracchium ferens gladium nigri coloris et deinde altera persona barbata, sed uterque sine ulla nota.

Ad pedes Henrici episcopi in dextero angulo sedet sacerdos rutila veste limbo aureo praetexta indutus, qui penna in membrana scribit. Infra vestem exstat aliquantulum alba et calceoli albe punctati. In capite gerit mithram albam auro praetextam. Ante inclinatum caput legitur inscriptio PETR'. D. — id est Petrus Decanus (Diaconus?). Ne suspicione quidem potest attingi, quis sit iste Petrus Decanus; sit ne capitularis novae ecclesiae Olomucensis,² qui instrumentum dedicationis novae ecclesiae Olomucensis concepit et litteris consignavit, an potius sit aliis Petrus Decanus, qui ad episcopatum Olomucensem oriundum referatur. Iam meminimus Wratizlaum ducem anno 1072 legationem Romam misisse, quae episcopum Olomucensem Ioannem contra Gebhardum Pragensem defenderet. Cui legationi praeftuit Petrus, presbyter pollens sancti Georgii praepositura, cum ceteros praecellens litterarum scientia, tum utriusque linguae scientissimus Teutonicae aequae ac Romanae. Scimus, quam prospere in re Olomucensi successerit.

De hoc igitur decano nihil accuratius evinci potest.

Denique picturae praedictae in inferiore parte membrana adiacet. Ad sinistram habet monachum scriptorem, sedentem in sella submissa. Circa caput eius scriptum: R // SOR. Nomen eius non appareat. Ad dexteram partem adest posito genu H. // PIC.

² Existentiā Petri Decani hoc tempore Olomucii historia adhuc non comprobavit; in capitulo Pragensi invenimus quidem hisce annis decanum et archidiaconum Petrum, sed etiam hic valde dubius appetat.

TOR. Ut auctor Ant. Friedl statuit, pinxit ibidem seipsum notus pictor istius temporis: Hildebert. Eidem denique assistit eius disciplinae alumnus nomine: EVER // WIN' — EVERWINUS, qui etiam praefato tempore floruit. De eisdem plura adhuc praedictus iam Ant. Friedl in opere iam saepius memorato: Hidebert a Evervin.

In membrana illa adest denique inscriptio, quae non est iam satis conservata, sed B. Dudík, qui manuscriptum olim in manibus habuit, potuit adhuc haecce verba legere:³

O PASTOR APOSTOLICE, GREGORI BEATISSIME, TUO POSCE PRECAMINE INCREMENTUM ECCLESIAE, TUO ERIGES⁴ DOGMATE AC DEFENSARE OPERE.

Numquam in postero ecclesiam Olomucensem Gregorium papam tamquam patronum et tutelarem defensorem suum sic venerare invenimus, quam in hisce gravissimis et tristissimis temporibus controversiae de sic dicta investitura. Tempore Henrici Zdík magnum opus reformationis ecclesiae in intentione Gregorii Magni tam in parte interiore quam in exteriore expeditum erat assiduo labore et industria episcopi, de quo Gerlacus noster suavissime scribit: „Hic est... flos episcoporum illius temporis, vir acceptissimus deo, et notissimus in utraque curia, videlicet papae et imperatoris, columna et lucerna Boemiae atque Moraviae in diebus suis, cui merito religionis et honestatis suae Moravia similem non habuit episcopum...“ FRB II, 491.

DE CALENDARIO ET NECROLOGIO (*Codex fol. 2—9v.*)

Calendarium praedicti codicis compositum est iuxta exemplar (schema) calendariorum Allemaniae et Bavariae, de quo nonnulla festa sanctorum testimonium perhibent, quae in calendario reperiuntur, et in praefastis terris — eisque etiam adiacen-

³ Arch. f. österr. Gesch. Tom. 59, pag. 654.

⁴ Vocabulum hoc est valde corruptum, sed potius legendum est „rigare“, quod est irrigare dogmate...

tibus — celebabantur. Plurimi de hisce sanctis pertinent ad monachos et moniales gentis Anglorum et Saxorum, qui primitia Christianae religionis in praefatis terris Teutoniae disseminaverunt.

De festis in terra Allemaniae et Bawariae celebratis et in calendario allatis nominanda sunt praecipue haec:

Walpurge (bis celebabantur 25./II. et 1./V.)

Wilibaldi ep. (Eichstät, fratris S. Walpurge, ambo de gente Anglosorum, 7./VII.)

Gotthardi ep. (Hildesheim, 4./V.)

Bonifacii archiep. (Mainz, 5./VI., de gente Anglosaxorum.)

Odalrici ep. (Augsburg, 4./VII.)

Kiliani ep. (Würzburg, de gente Irorum et Scotorum, 8./VII.)

Henrici conf. (13./VII., — Henricus II., rex Germaniae inter sanctos promotus est anno 1146 et nomen eius igitur posterius calendario additum videtur, ad diem 13./VII. post festum Margarethę, virg. et mart. et post Dies caniculares invenitur.)

Regisuinde virg. (Laufen a. Neckar, 15./VII.)

Afrę mart. (Augsburg, 7./VIII.)

Radegundę virg. (regis Berthachari de Thuringia filia, 11./VIII.)

Corbiniani conf. (episcopi Frisingensis, 8./IX.)

Ruodperti ep. et conf. (Metz, 24./IX.)

Collomanni mart. (de gente Irorum, in loca sacra Palestinae migrans apud Stockerau — Austriae¹ — martyrii corona ornatus est, 13./X.)

Burkardi et. et conf. (Würzburg, de gente Anglosaxorum, 14./X.)

Severini ep. et conf. (Köln, 23./X.)

Wolfkangi ep. et conf. (Regensburg, 31./X.)

Othmari ab. (St. Gallen, 16./XI.)

Columbani ab. (de Lüxeuil et Bobbio, de gente Irorum 23./XI.)

Festum S. Hemmerami ep. et conf., 22./IX. *rubro* colore adnotatum est sicuti festa priorum sanctorum terrae Bohemiae. Ex quo effici cogique potest: In nostris regionibus saeculo XII. ritus occidentalis et liturgia Latina praevalebant, sicuti disseminata

¹ Alia perantiqua festa Austriae, quae codex enumerat sunt: Severini conf. 5. I., aliis locis 8. I., Floriani mart. 4. V.

erant ab hoc episcopo finiente saeculo septimo in Bawaria undeque per totam Bohemiam et ad orientem usque in regionem Nitriensem divulgabantur. Ab hisce temporibus S. Emmeramus tamquam apostolus terrarum ad septentrionem Danubii adiacentium et ad terras missionarias episcopatus Reginocastrensis (Regensburg) pertinentes venerabatur. Haec perantiqua missio ex Gallia et Scotia et Anglia veniens, in terris, quas supra diximus, praevaluit et — praesertim a temporibus Gregorii Magni — alteram missionem Christianitatis nonnulla saecula post S. Emmeramum per SS. apostolos Slavorum S. Cyrillum et Methodium disseminatam fere oblivioni dedit; quorum sanctorum necrologium hoc Olomucense nullam mentionem facit.

Missio Christiana etiam posteriore tempore — saeculo X — ab occidente, praecipue e Bohemia per S. Adalbertum in Pannoniam differebatur, ubi S. Stephanum regem, cuius necrologium ad diem 20./VIII. mentionem facit, tamquam propugnatorem religionis Christianae fortissimum protulit. Sed regnum Hungariae hac aetate praeter S. Stephanum et S. Martinum, ep. et conf. (11./XI.), cuius festi etiam dies octava in necrologio Olomucensi adnotatur (18./XI.), adhuc tertium proprium sanctum colebat, cuius cultus tempore, quo praefatus codex scriptus erat, longe lateque diffundebatur. Nam per posteriorem — tertium — scriptorem additum est in calendario ad diem 17./VII. festum Sueradi heremiti et mart. Sed hoc festum nobis non sat accurate annotatum esse videtur.

Scribendum potius erat: Sueradi heremiti et Benedicti mart. Uterque sanctus in nostra Slovakia vitam egit et ambo semper una simul nominantur. Primus eorum Sueradus — Andreas regulari nomine dictus — e Polonia oriundus asceticam vitam iuxta regulam Zozimae abbatis gerebat — non erat martyr, sed heremita solummodo, — alter Benedictus, discipulus Sueradi (Zoerardi), prope civitatem Trenčín a latronibus imperfectus et de rupe in fluvium Wag projectus tamquam martyr vitam finivit. Utrumque in ecclesia S. Emmerami Nitriae sepultum esse constat. Bollandistae quidem festum S. Zoerardi in officiis ecclesiae Olomucensis antiquis reperiri mentionem faciunt, sed hucusque nullibi inveniri potuit. Etiam necrologium Olomucense temporibus poste-

rioribus scriptum — ex anno 1263 — hoc festum S. Sueradi non habet. (Vide Archiv f. öster. Geschichte, Tom. 65.) De nomine huius sancti disputatur, utrum sit Slavicum (Polonicum) an originis Magyaricae. Nam in vetustissimis Hungariae chronicis saepe legitur nomen: Zuard — Zoard — Zorard.² Attamen in scriptis fontibus Hungaricis bene distinguendum est, quae nomina originis Magyarici, quae Slavici aut Germanici sint.³

Praeter fundamentale exemplar (schema) necrologii, quod festa communia et festa adiacentium terrarum continet, adsunt ibidem dies festi proprietum patronorum Bohemiae, quapropter codex hic ad antiquissima et pretiosissima memorabilia Bohemiae in primis dioecesis Olomucensis numerandus est. Festa haec patronorum terraे litteris rubri coloris adnotata sunt. Sunt quae sequuntur:

Praeprimis 30./VI. festum S. Pauli apostoli. *Dedicatio monasterii S. Wencezлai.*

Anniversarium dedicationis ecclesiae S. Wencezлai hac die Olomutii celebrabatur,⁴ ideoque codex hic societatem intimam cum nova ecclesia cathedrali a Henrico Zdik erecta clarissime manifestat. Codex ad usum monasterii id est capituli ad S. Wencezлum Olomutii erecti scriptus erat.

Omnia alia festa dedicata et in codice colore rubro adornata eadem sunt, quae eo tempore in ducatu Bohemiae celebrabantur:

Wencezлai mart. Christi. 28./IX.

Octava s. Wencezлai mart. 5./X.

Translatio s. Wencezлai mart. 4./III.

S. Ludmilę mart. 16./IX.⁵

Liudmilę mart. 10./XI.⁶

² Emmericus Szentp茅terу, Scriptores rerum Hungaricarum Vol I. Budapestini 1937.

³ De St. Zoerardo litteratura novissima: Rudolf Holinka, Sv. Svorad a Benedikt, sv茅tci Slovenska. Bratislava 1934.

⁴ Jos. Kachn韑, Osm set let d艙msk茅 kapituly olomouck茅. 1931.

⁵ Scriptum deinde post Eufemiuę virg. Sol in libram. Luciuę virg. et mart. Geminiani mart.

⁶ Inventio corporis felicis Ludmilae iuxta legendam Christiani 19. X. Conf. Brev. Metropol. Prag., Dobner, Annales III. 582 et 583 dies translationis 10. XI. iuxta vetustissimum Martyrologium.

Adalberti ep. et mart. et s. Georgii mart. Gaudentii.⁷ 23./IV.
Benedicti, Johannis, Ysaac, Mathei et Cristini martirum. 12./XI.
Deinde per communes litteras:

Inventio corporis Adalberti ep. et conf. 12./X.⁸
Dedicatio altaris s. Adalberti. 5./VIII.⁹

Unitas cultus patronorum dioecesis Olomucensis cum patronis ecclesiae Pragensis hoc est ducatus Bohemiae et simul ducatus Moraviae hoc necrologio clarissime declaratur. Ecclesia Olomucensis hoc tempore suos proprios patronos non habuit — nam de veneratione SS. Cyrilli et Methodii quorum nomina cum Moravia paene inseparabiliter coniugi solent, in ducatu Moraviae hisce temporibus codex Olomucensis nullam mentionem facit — sed episcopatus Olomucensis cum ecclesia Pragensi omnino unam integrumque unitatem cultus sanctorum terrae Bohemiae efficit et quidem S. Wencezlaei, S. Adalberti et S. Ludmilae. Ideoque ducatus Moraviae hoc tempore etiam in causa rei politicae sui iuris non erat, sed cum ducatu Bohemiae in unum imperium iisdem sanctis patronis protectum ac defensum arctissime coniunctus erat. Etsi tamen claritate huius perfectae unitatis ambarum terrarum in liturgia Latina rituque occidentali fundata antiqua traditio cyrillomethodiana ad tempus supprimebatur, tamen tota-liter extingui (aboleri) non potuit. Nam ipse S. Wencezlaus, qui totam ideam regni Bohemiae representabat, in sacris litteris per magistros, qui proxime ab hisce Slavorum apostolis eruditionem suam acceperant, enutritus erat. Haec Byzantino-Slavica traditio adhuc saeculo XI. in nostris regionibus florebat, sicuti non-nulæ litteræ huius saeculi testantur, sed pedetentim et gradatim traditioni Latinaeoccidentali locum cessit, ita ut aetas saeculi XII, de qua loquimur, non satis apta et opportuna ad increbescendum et propagandum cultum SS. apostolorum Cyrilli et Methodii, qui missionem Byzantino-Slavicam representabant, esse videbatur. Tum demum tempus magni pontificis Innocentii III., qui to-

IV. Id. Oct., Gaudencius Archiep., frater S. Adalberti. Vide Necrol. Boh., Dobner, Mon. Boh. Hist. III. 15.

⁸ Post DCCCCLXXII milium.

⁹ Post Osvaldi regis et mart. In crypta ecclesiae Olomucensis erat altare dedicatum S. Adalberto.

tum orbem terrarum uno pastori restituere et universalem unitatem totius Christianitatis assidue propagavit et imprimis aetas magni imperatoris Caroli IV., qui se totum rebus ad religionem Christianam spectantibus tradidit, mutationem perfectam huius rei fecit.

In necrologio Olomucensi annotatio dierum obitus episcoporum Olomucensium magni momenti est. Sunt quae sequuntur:

Joannes IIIus ep. Olom.	25./XI.	(1063—1085)
Andreas IVus ep. Olom.	20./V.	(1092—1096)
Petrus Vus ep. Olom.	3./VII.	(1096—1104)
Johannes VI ep. Moravie ¹⁰ ventrosus	21./II.	(1104—1126)
Sdiko VIIus ep. Olom.	23./VI.	(1126—1150)
Johannes VIII ep. Olom. regularis	19./II.	(1151—1157)
Johannes IX. ep. Olom. qui cognominaur Calvus	1./IV.	(1157—1172)
Dethlebus Xus ep. Olom.	4./XI.	(1172—1181)
Pergrinus ep. Olom. XI.	2./III.	(1182—1184)
— Cain —		(1186 ¹¹ —1194)
Engelbertus XIIIus ep. Olom.	17./XII.	(1194—1199)
Bawarus XIVus ep. Olom.	6./X.	(1199—1201)

Episcopatus Olomucensis anno 1063 — ut communis opinio fert — fundatus est, attamen primus episcopus huius temporis Johannes tamquam tertius in serie episcoporum Olomuentium numeratur. Series numerandi episcopos deinde usitato modo sequitur. Quo numerandi modo omnes posteriores fontes scripti: Granum Catalogi, Augustini Series, Legenda in imaginibus ep. Olomuc. utuntur. Sequuntur eundem non solum vetustissimae chronicae, praesertim Cosmas, sed etiam antiqua litterarum monumenta.¹²

Desiderantur ergo duo episcopi, qui ecclesiam ducatus Moraviae ante erectionem episcopatus Olomucensis regebant. Res ista nobis tanti momenti esse videtur, ut de ea pauca dicamus. Non-

¹⁰ Appellatione Olomucensis et Moravensis-Marovensis, Moraviensis promiscue utebatur. Vide CDMI. variis in locis.

¹¹ Censura ecclesiastica afflictus erat et propterea non memoratur.

¹² Litterae erectionis capituli Olom. 30. VI. 1131... Henricus divina largiente clementia VIIus Olomucensium episcopus... CDBI. pag. 124., Litterae e codice monast. Gradicensis ex a. 1107: ...in presentia domini Iohannis) episcopi Olomucensis VI.... CDMI. pag. 192.

nulli hos duos episcopos vero *archiepiscopos* et apostolos Slavorum: SS. Cyrillum et Methodium esse putant. Attamen res illa alio modo se habet. Nam perantiqua traditio non quidem satis accurata duos episcopos: Johannem et eius successorem Sylvestrum ennumerat, qui tamquam primus et secundus episcopus Moravorum indicuntur; sed de existentia utriusque episcopi dubitari non potest, etsi tempus regiminis eorum non satis certum est et nomina eorum solummodo ex Grano Catalogi et ex Augustini Serie erui possunt. Nam hoc antiquissimum necrologium describit (colligit) perantiquam traditionem patruam ex aetate Henrici Zdik provenientem, de qua pro certo ducere possumus eam qauttuor praedecessores Henrici bene novisse, nam ab anno 1063 usque ad institutionem Henrici 63 anni dilapsi sunt, certe tempus non tam longum, ut nobis traditionem Olomucensem asservare non possit. Sed haec traditio Olomucensis quaerit initia sui episcopatus in aetate antiquiore quam est ipsa erectio episcopatus Pragensis, id est in extremis temporibus ipsius regni Magnae Moraviae, ad quae hi duo primi episcopi Moravienses: Johannes et Sylvester certe pertinent.

Errectio huius antiqui episcopatus Moraviensis cum institutione et organisatione ducatus Moraviae cohaeret. Nam hic titulus publicus „Ducatus Moraviae“, pristini Marchionatus Moraviae, hodiernae Terrae Moravoslesiaceae — etiam termini huius terrae decursu temporum aliqua ex parte mutabantur¹³ perantiquus est et originem suam e temporibus Magni regni Moraviae dicit. Errectionem Ducatus Moraviensis deinde institutio huius episcopatus Moraviensis sequuta est, et cum subordinatione huiusc Ducatus Moraviensis ipsi regno etiam noviter erectus episcopatus huiusc Ducatus Moraviensis sub potestatem centralis sedis archiepiscopatus Magni regni Moraviae venit. Ex quo sequitur: Centrum Magni regni Moraviae non in Ducatu Moraviae situm fuisse et etiam sedem archiepiscopalem alia in regione querendam esse.

Nonnulli fontes scripti terram Ducatus Moraviae prioribus tem-

¹³ Confer limites noviter erecti episcopatus Pragensis: ... adita regione Moravia usque ad fluvium, cui nomen est Wag, et ad medium silvam cui nomen est More.. Cosmas Lib. II. Cap. XXXVII.

poribus ad Bohemiam pertinuisse testantur et deinde tempore posteriore regno Magnae Moraviae adiunctum fuisse. Sic noster antiquissimus Cosmas Bohemiam et terras orientales ad flumen Odrum et inde usque ad Gron sitas a Zuatopluko fuisse subiugatas meminit. (Lib. I. Cap. XIV.) Ideoque hasce terras ad regnum Magnae Moraviae a principio non pertinuisse liquet.

Etiam auctor antiquissimae Chronicæ Hungarorum (Anonymus, Gesta Hungarorum, Cap. 35.) quandam confusam et perturbatam narrationem de dominatione Bohemorum in partibus hodiernae Slovakiae prodit, ex quo etiam hodiernam Moraviam ad imperium Bohemiae pertinuisse videtur. Ait enim citato loco:

. quia mortuo Athila rege terram, que iacet inter Wag et Gron a Danubio usque ad fluvium Moroua, dux Boemorum sibi praeoccupaverat et in unum ducatum fecerat . . ."

Jam in aliis dissertationibus nostris saepe asseveravimus centrum regni Magnae Moraviae — et politicum et ecclesiasticum — in Pannonia fuisse et Ducatum Moraviae demum post annum 890 erectum esse. „Eodem enim anno concessit Arnulfus rex Zuentibaldo, Marahensium regi, ducatum behenensium . . .“ (Reginonis Chron. ad a. 890., similiter et Auctar. Mellicense, Sigebert. Gemblac., Otto Frising. etc.). Zuentibaldus rex certe tunc magnis privilegiis ei a SS. Patre praesertim anno 885. collatis (CDB I., num. 26.), quae olim „Privilegium ecclesiae Moraviensis“ seu „Iura apostolica regis Zuentibaldi“ nuncupavimus (Hlídká a. 1929.), usus est, ut etiam vitam ecclesiasticam in noviter acquisita terra constitueret.

Centrum huis noviter acquisiti ducatus Moraviensis in Antiqua civitate (Staré Město prope civitatem Uherské Hradiště) fuisse videtur, sicut etiam permulta et pretiosa monumenta effossa testantur. Episcopatus igitur Ducatus Moraviae demum *post* mortem S. Methodii († 885) erectus est, et Zuentibaldiani originis est, propterea etiam in reinstitutione huius episcopatus anno 1063 nec memoria nec litteris aliquid de S. Methodio proditum fuit, solummodo antiquus numerandi modus nos in extrema tempora regni Magnae Moraviae dicit.

In aestimatione traditionis e tempore Magnae Moraviae benedistinguendum est, quae traditio originem suam a SS. Cyrillo et

Methodio et quae a rege Zuentibaldo dicit. Generationes posteriores nonnumquam utramque traditionem permiscuerunt.

Ducatus Moraviae cum suo episcopatu deinde tempore Wratizlai ducis (— patris S. Wencezlai) a Pannonia est disiunctus, ita ut ab hac aetate inter Bohemiam et Hungarium medius cursus fluminis Wag et inferior pars fluminis Morava tamquam fines terminique constituti fuerunt. (Anonymi Gesta Hungarorum Cap. 57. „Dux vero Zulta . . . fixit metas regni Hungarię . . . Ex parte vero Boemorum fixit metas usque ad fluvium Moroa sub tali conditione, ut dux eorum annuatim tributa persolveret duci Hungarię . . .“ De duce Arpadio autem scribit praefatus Anonymus — 1. c. Cap. 37. — eum terram usque ad fluvium Wag occupavisse: „omnes nationes illius terre se subiugaverunt sibi (Arpad) usque ad fluvium Wag“

Ducatus Bohemia possidebat ergo tempore ducis Wratizlai et S. Wencezlai episcopatum infra limites sui imperii, qui ad eos tamquam hereditas regni Magnae Moraviae venit. — Sed de his primis duobus episcopos: Joanne et Sylvestro hoc loco nihil ultrius.

Praeter episcopos Olomucenses refert necrologium unum episcopum Pragensem 17./IX. († 1122), deinde ex ecclesiasticis annotati sunt: duo ex Olomocio:

Baldwinus Olom. decanus 6./I.¹⁴

mag. Jacob Olom. ecclesię 28./IV.

tres e Praga:

Bogdanus subdiaconus Pragensis eccl. canonicus 7./IV.

Jurata diaconus Pragensis eccl. canonicus 26./VI.

Cosmas presbiter, decanus Pragensis ecclesiae 21./X.

tres presbyteri incertae provenientiae:

Clis presbyter 8./I.

Rodko presbyter 6./III.

Asinus presbyter 15./IV.

ex laicis duo:

Cirna laicus 14./III.

Mileysi 15./VII.

et tres feminae:

¹⁴ Necrol. Olom. ex a. 1263 B. doc. 7. I.

Bozetecha 23./I. uxor Cosmae decani † 1117.

Pribislava soror nostra 13./II.

Dragozlava soror nostra 28./II.

Familia ducum de stirpe Přemysl commemorata est octo personis:

Borivoy dux Boemię 1./II. († 1124.)

Otto iunior dux Moraviae in bello peremptus est 18./II. († 1126.)

Wencezlaus dux fundator Olomucensis ecclesiae 1./III. († 1130.)

Eufemia ductrix 2./IV. († 1111) uxor Ottonis (II. Olom.).

Wladizlaus dux Boemię obiit 13./IV. († 1125.)

Otto dux Morauis obiit 13./IV. forsitan filius Lutoldi de Znogem (Znojmo).

Zuataua regina obiit 1./IX. († 1126.)

Zuatopluk dux Boemiae iaculo perforatus est 21./IX. († 1109.)

Nomina familiae regnantis iam in ipso concipiendo necrologio inserta erant et duces continent, qui inter annos 1109—1130 mortui sunt. Ultimus eorum est ipse fundator ecclesiae Olomucensis dux Wencezlaus, qui gloriosam diem consecrationis suae ecclesiae iam non vidit et totam curam circa finiendum opus assiduo et indefesso episcopo Henrico tradidit.

Perantiquum istud Horologium Olomucense nonnullas res magni momenti ad idagandam historiam patriae nostrae continet:

Otentat lautissimas et elegantes formas artis pingendi et scribendi saeculo XII. in regionibus nostris, nam codex originem suam in Bohemia et ex traditione domestica sumpsit.

Aperit antiquam traditionem in rebus ecclesiastico-politicis.

Introducit nos in rationem et inclinationem sui temporis, quae per animosum impetum in renovacione vitae ecclesiasticae, a S. Gregorio papa propugnatum, representata erat.

„SOBOR RUSSKOJ PRAVOSLAVNOJ CERKVI

zagranicej s učastiem klira i mizjan“ — Conventus orthodoxae Ecclesiae Russorum emigrantum, cui interfuerunt delegati e gremio cleri et laicorum, inchoatus 1/14 Augusti *Beogradii* celebrabatur sequentibus diebus in centrali sede Russicae ecclesiae in dispersione degentis, in urbe Jugoslaviae *Srěmski Karlovci*, prae-

sidente metropolita *Anastasia*. Excepto exarcha *Eulogio*, metropolita Parisiensi, qui perseverat in separatione ab orthodoxa unitate in Sr̄emski Karlovci formata, voluntarie se subiiciens sub iurisdictionem „oecumenici“ patriarchae Constantinopolitani, aderant orthodoxi episcopi Russici (13) non solum ex Europa, sed etiam ex America et Asia Orientali, 27 delegati e clero et 54 delegati laici. Praesidii membra electi sunt: Archiepiscopus Parisiensis Serafim, protopresbyter S. Orlov, Comes P. J. Apraksin et professor A. I. Ščerbakov; secretarii munere fungebatur protopresbyter I. Ponomarev adiuvantibus comite J. P. Grabbe, I. D. Talberg et P. S. Lopuchin. Themata pertractanda praeparata sunt a singulis *commissionibus*: 1. pro rebus ecclesiam generaliter attingentibus (praesidente archieppo Meletio ex Asiae Oriente); 2. pro quaestionibus nationalem et spiritualem Russiae regenerationem spectantibus (praesid. archieppo Parisiensi Serafim); 3. pro rebus missionum et culturae (praesid. archieppo Vitalio e New Jersey, USA); 4. commissio iuridica et 5. commissio ad res religiosae vitae practicae discutiendas et cetera.

In prima plenaria sessione decrevit Conventus — referrente archieppo Nestorio — ut praesenti occasione 950 anniversarii, ex quo Russia fidem Christi receperat, *pia Fraternitas sub nomine S. Vladimiri* fundaretur eiusque constitutio a Synodo orthodoxae ecclesiae Russicae organisaretur. Finis novae Fraternitatis (sec. 1. § stat.) est, fideles Russos ubique coadunare ad regenerandum ac restituendum Russicum Imperium (Gusudarstvo) Orthodoxum in christiano fundamento religioso et morali. Membra Fraternitatis praeter preces quotidianas statuto tempore speciales orationes pro Russia peragere obligantur prouti et jejunia stricte observare simul ac saepe ss. sacramenta suscipere.

Nil mirum, si Conventus in Sr̄emski Karlovci attentionem converterit ad hodiernam vitam orthodoxae ecclesiae in Russia et extra ejus limites, praesertim in Polonia, si novae discussioni subjecerit quaestionem exarchatus metropolitae Eulogii Parisiensis, si de relatione inter singulas ecclesias orthodoxas (autokephalas) disseruerit, necnon de relatione inter christianam fidem et socialismi doctrinam, inter ecclesiam et imperium etc. Tractabatur et *quaestio orientalis ritus in Ecclesia catholica* (re-

fer. episcopo Ioanne de Šanghaj), *motus sic dictus oecumenicus* (refer. episcopo Serafim e Potsdam) et relatio Ecclesiae Catholicae ac protestantismi ad bolševismum (idem ref.). E Conventu Karlovicensi exhortatio fraterna mittetur ad consolandos fratres orthodoxos in Russia adhuc persecutionem sustinentes. —a.

PRAESES APOSTOLATUS CENTRALIS DE JUBILAEO S. VLADIMIRI

Archieppus Olomucensis Dr. *Leopoldus Prečan*, a russico redactore Dr. *L. Magerovskij* interrogatus datis responsis (vide Apoštolát svatého Cyrila a Metoděje, anno 1938, Numero 9., pag. 233 et s.) annum S. Vladimiri jubilarem ex parte catholica pulcherrime illustravit. Breviter exposito historico nexu Sedis Metropolitanae Olomucensis cum Slavorum apostolorum opere in traditionem investigat, quae Slavos occidentales ac meridionales nomine et cultu SS. Cyrilli et Methodii junxit in unam magnam familiam christianam. Mentione facta de mutua communione orientalis christiani et Ecclesiae Catholicae in vita liturgica (in cultu SS. Venceslai et Adalberti in antiqua Russia et in cultu SS. Boris et Glebii in monasterio Sazaviensi) primis christianitatis temporibus revocat archieppus Olomucensis in gratiam mentem partes, quas habuerit Russia Christiana in celebrandis jubilaeis SS. Cyrilli et Methodii milenariis in nostro Velehrad (1863, 1869, 1885). Nostri ergo erit, ait praeses ACM., ut nostras paeces catholicas cum fratribus orthodoxis jungamus in veneratione communis patroni coelestis, Sti. Vladimiri, utpote ejus animo sincerae et inconcussae fidei roborentur corda fratrum adhuc sub tempore dira persecutione degentium viaque præparetur oecumenicae unitati sub unico Pastore in una Ecclesia Christi. —a.

Dies natalis 300. anniversarius monachi cisterciensis Velehradiensis P. Godefredi Christiani Hirschmenzel, magni sanctorum Cyrilli et Methodii cultoris de 6. Januarii huius anni recurrit.

Studiis Vratislaviae (Breslau) peractis novitiatum claustrum Velehradiensis ingressus ibidem a. 1659 vota sollemnia emisit. Demum

a. 1670 sacerdos factus est. Qua sacerdos maxime munere pastoris in parochia claustralii Bolaticensi in Silesia enituit. Videns cultum sanctorum Cyrilli et Methodii in diversis locis quam maxime inaequalem nonnusquam etiam nullum Januario a. 1675 rogavit episcopum Olomucensem Carolum II. de Liechtenstein-Kastelkorn, ut cultum sanctorum patronorum aequem ac communiter servandum praescriberet. Episcopus proptum se faciens omnibus decanis gravi obligatione imposta diem sanctorum Cyrilli et Methodii ut festum colendum preecepit. Magnam venerationem erga sanctos Slavorum apostolos aliquot quoque scriptis ostendit, qualia sunt e. gr. biography st. Cyrilli et Methodii latine scripta (1168), Orpheus subtilia Velehradiensi, Sanctorale Illyricum, Sancta cinera Velehrad. In summa 42 scripta composuit, quorum aliqua tantum prelo edita sunt. Hirschmenzel in Velehrad senior et rector spiritualis conventus die 26. Febr. 1703 mortuus est.

Dr. Neumann.

RECENSIONES

Hurt Rudolphus, Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě, vol. II. (Olomucii 1938.) Sumptibus Academiae Velehradensis. Pag. 396 cum 15 illustrationibus et facsimilibus. Pretium 60 Cč.

Hoc II. volumen pertinet non solum ad historiam monasterii Velehradensis, sed omnino ad monasteria Moraviae saeculo 17. et 18. Propterea est hoc volumen magni momenti pro cognoscenda monasteriologia Moraviae illius aetatis. In prima parte narratur renovatio monasterii post bellum 30 annorum, praesertim autem cognoscimus in illa personalitatem abbatis Salix de hac re optime meriti. In illa renovatione monasterii distinguit auctor renovationem spiritualem (vita monastica) a renovatione exteriori (architectura, ars pictoria, res oeconomiae), quae omnia pro historia culturae multa continent. In secunda parte huius novi voluminis enarrat Dr. Hurt controversiam monasterii Velehradensis cum episcopo Olomucensi quoad privilegia ordinis Cisterciensis in genere et abbatiae Velehradensis in specie. Ex hoc capite patet, monasterium nullum respectum habuisse hostilis spiritus erga religiosos tam in Curia Romana, quam in aula caesarea Vindobonensis tunc temporis regnantis. In hoc processu enarranto auctor scribit non solum de monasterio Velehradensi, sed etiam de

multis aliis monasteriis Moraviae, quia enarrat relationem inter statum Austriacum et communites religiosas. Qua archivista in tabulario provinciali Moraviae usus est auctor noster in hoc capitulo multis adhuc ignotis documentis historicis, e quibus patet, quod absolutismus gubernii Austriaci adiuvabatur hic et illic etiam per religiosos ipsos, quando illi habebant refugium apud potestatem saecularem contra visitatores ordinis sui. Pariter usque adhuc ignotae sunt notitiae de statu ordinum mendicantium (prohibitio fundationum novorum monasteriorum, ordinationes de collectis faciendis, de restrictione numeri monachorum), quorum eleemosynae in tam tristibus temporibus magnum odium erga monasteria ista excitaverunt. In ultima parte enarrat Hurt historiam abolitionis monasterii Velehradensis, quae praesertim pro cultura nostra revera calamitosa erat. Omnia conamina temporum sequentium de renovanda abbatia Velehradensi (quae auctor accuratim enarrat) vana erant. Opus hoc omnibus culturibus historiae optime commendamus.

Dr. Neumann.—

Spáčil Theophilus S. J., Doctrina theologiae Orientis separati De Sacramentis in genere, Orientalia Christiana analecta, tom. 113, pag., 194 40 l. it. Romae 1937.

In lucem editis optimis tractatibus de praecipuis sacramentis in specie (Baptismo, ss. Eucharistia) auctor aggressus est tractatum de sacramentis in genere. Rationes moventes ad hunc tractatum edendum erant praeprimis duae: Sententiae a catholica doctrina deviantes fundantur saepe saepius in eorum conceptu de sacramentis in genere. Deinde objectio juridismi, in sententia orientalium contra ecclesiam catholicam prolata, radices habet in eorum doctrina de indole, causalitate, efficacia sacramentorum. In tractatu respiciuntur maxime theologi recentiores (a medio saeculo XIX), attamen etiam antiquiores citantur. Ex recentissimis pauci adducuntur, quia vix aliquid scripserunt de sacramentis, neque videntur hac in parte theologiae substantialiter a communi theologorum doctrina discrepare. Opus continet duas partes, quarum prima proponit doctrinam Orientis separati de sacramentis in novem paragraphis, in secunda examini subiciuntur maxime ea capita doctrinae orientalium, in quibus theologi orientales separati magis a catholicis discedunt, et quidem brevius, ac factum est hoc ab auctore in tractatibus antea editis. Examen criticum absolvitur tribus paragraphis, quarum prima refert in brevi synopsi de doctrina orientalium comparata tum cum doctrina protestantica tum cum doctrina catholicā. Quae comparatio unumquemque lectorem catholicum maximo cum gudio afficere debet quoad factum doctrinam orientalium plene differe a doctrina protestantica, identicam autem esse omnino cum nostra doctri-

na de causalitate et efficacia sacramentorum, tertia et ultima de sacramenti ministro eiusque debita intentione; quae hic afferuntur, sufficiunt, ut objectionem „dicti juridismi“ solvere possint. Ita ad conclusiones ultimas auctori diligentissimo pervenire licuit (pag. 193), quas ad verbum referre utile et dignum putamus, cum significant conclusionem laboris clarissimi professoris in palaestra scientiae sacrae: „Putamus igitur nos hoc nostro tractatu aliisque, quos iam prius edidimus ad quandam, ut ita dicamus, theologiae Orientis separati cum doctrina catholica reconciliationem contulisse, et sic forsitan indirecte etiam viam ad reconciliationem ecclesiarum dissidentium cum ecclesia catholica praeparasse. Quae tanto facilior erit, quanto melius Orientales separati veram doctrinam catholicam cognoverint et quanto impensius et diligentius verae traditioni ecclesiae antiquae studuerint.“ Quibus modestissimis verbis concludit clarissimus professor enormes labores suos in theologia comparativa, transiturus in otium emeritae quietis assumendo alios non minus graves labores in carissima patria. Utinam ipsi unicus Pastor concedat gaudium simile gaudio senis Simeonis, qui in pervigilia suae vitae canere potuit: „Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum.“

Dr. Matocha.

Schultze P. Bernhard S. J., Die Schau der Kirche bei Nikolai Berdajew, N. 116, Orientalia christiana analecta, Romae 1938, 251 pag. 50 l. it.

Opus iam a. 1936 perfectum uti dissertatio ad gradum laureae in Pont. Instituto orientalium studiorum obtinendum juris publici fit aucta nova litteratura et adductis novis operibus Nicolai Berdajevii ex ultimo tempore. — In prooemio auctor indicat rationes, cur operam dederit investigationi philosophiae Berdajevii. Philosophia illa nunc temporis valde divulgatur, exstant articuli, qui de N. Berdajev scribunt, tamen liber de philosophia N. B. nondum exstat. Indicatur proprietas Berdajevii, sive indoles ius praecipua, Electio argumenti: „Intuitio (phaenomenologica) Ecclesiae apud Berdajev,“ explicatur dupli ratione, primo, quia Berdajev significat unum praecipuum repraesentantem russico-orthodoxae motionis spiritualis nunc temporis, prouti ipse N. B. ita professus est, secundo, quia in illa motione speciale momentum attribuitur problemati ecclesiae. Idea N. B. est omnino ecclesiologyca. Difficultates contra electionem huius argumenti duae movebantur. Prima in illo posita erat, quod N. B. est philosophus et non theologus ex officio. Dein quia N. B. quaestiones de ecclesia non explicite, sed quam maxime implicite proponit ac solvit. Indicatur deinde brevis dispositio totius libri, qui quatuor partes con-

tinet. Prima pars quasi praeliminaris continet doctrinam N. B. philosophicam, est introductio in intuitivam methodum Berdiajevii, propnuntur quatuor aspectus „spiritualis experientiae-Geisteserlebnisses“. Attentionem meretur caput de intuitione uti fundamento totius philosophiae Berdiajeviana, et illud de conceptu fidei apud Berdiajev.

Secunda pars occupatur expositione triplicis aspectus ecclesiae secundum doctrinam N. B. Tres imagines ecclesiae: Ecclesia uti oecumenicitas, ecclesia uti anima mundi, ecclesia uti dei-humanitas. Adducuntur in tribus sequentibus capitibus quedam historica notata digna, quae ad modum complendi a jungendi causa visu necessaria erant.

Pars tertia. Philosophia N. B. intime conjungit ac copulat dualismum cum monismo. Qui dualismus ac monismus etiam speciali modo imaginem ecclesiae afficit, ecclesia et mundus uti relatio multiplicis tensionis considerantur.

In quarta et ultima parte consideratur relatio Berdiajevii ad catholicismum et quaestionem de oecumenicitate. — Ad finem proponitur generalis ac summaria aestimatio istius proprietatis Berdiajeviana ac idearum ecclesiologicarum N. B. — Auctor in libro suo optimo non exiguum nec minus facilem laborem praestitit in systematica reconstructione dynamicae philosophiae nunc temporis clarissimi ac revera originalis philosophi russici. Librum necessario adire debent omnes, qui tendentias „russicae renascentiae spiritualis initio XX. saeculi“ prosequi vel intelligere desiderant. — Doctori rerum orientalium ac professori in Pont. Instituto studiorum orientalium ad novos solidos labores opem divinam adprecamur.

Dr. Matocha.

Orientales catholici in USA, et quidem tum e Galicia, tum e nostra Russia Subcarpatica oriundi, habent inde ab anno 1935.

anglicum folium periodicum „*The Chrysostom*“, fundatum a Rev. John Kallok, in West Aliquippa, Pa, adprobantibus graeco-catholicis episcopis: Msgre Basilio Takač, in Pittsburg, Msgre Konst. Bohačevsky, in Philadelphia, et Msgre Basilio Ladyka, in Winnipeg, Canada. „*The Chrysostom*“ proposuit sibi finem:

1. novae generationi religiosas, historicas et culturales traditiones veteris patriae conservare;
2. easdem notas facere et populis alienis;
3. propagare ideam Sti Cyrilli et Methodii ad fovendam, religiosam Slavorum culturam;
4. adjuvare ideam s. unitatis practice;
5. pugnare contra exitiosos conatus communismi inter Slavos. —a.

ACTA
ACADEMIAE
VELEHRADENSIS

ANNUS XIV

OLOMUCII 1938

SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS

INDEX

<i>Jaroš Joannes Chrys.</i> , C. ss. R. dr.: Impedimenta matrimonialia apud Bulgaros unitos	223
<i>Jurák H. M., O. P.</i> , dr.: De provinciae S. Hyacinthi Ord. Praed. in Russia fundatione	55, 105, 169
<i>Hofmann Georgius</i> , S. J., P.: De praeparatione definitionis concilii Florentini de ss. Eucharistia	45
— Quomodo formula definitionis concilii Florentini de potestate plena papae praeparata fuerit	138
— De praeparatione definitionis concilii Florentini de symbolo	161
<i>Kleveta Antonius</i> , dr.: Eschatologické představy u Babyloňanů	189
<i>Kurent Thomas</i> , dr.: Studia quaestionem de primatu ecclesiae saeculo IX. disputatam illustrantia	1, 51, 267
<i>Pořízka Vincentius</i> , dr.: De conceptu Gratiae in Bhagavadgítá et in Novo testamento	105
<i>Salaville Sev.</i> , A. A.: L'unité de l'Eglise et le problème de la Réunion des chrétiens séparés	25

VARIA

Cultus sancti Demetrii in terris bohemicis	154
De horologio olomucensi (dr. Robenek)	292
Notae liturgicae et asceticae byzantinae (Salaville)	67
Praeses Centralis Apostolatus de jubilao S. Vladimiri (-a)	312
Quinta hebdomada pro Oriente christiano	70, 149
Sobor Russkoj Pravoslavnoj Cerkvi (-a)	310

RECENSIONES

Dr. R. *Graber*, Christus in seinen heiligen Sakramenten (-a);
M. *Gordillo*, S. J., Compendium Theologiae Orientalis (-a);

Cirilometodski vjesnik (-a); Bogoslovska smotra (-a); Nova editio librorum liturgicorum ritus slavici byzantini et ecclesiastica -slavica Biblia catholicorum Ruthenorum (Ucrainorum) (dr. B. Kutal); dr. J. Hlouch, Problém odpadu od církve (dr. Karlík); Zlámal Theophilus, Sacellum st. Cyrilli et Methodi Olomucense (dr. Neumann); A. M. Amann, S. J., Kirchenpolitische Handlungen in Ostbaltikum bis zum Tode Alexander Newkis. Studien zum Werden der russischen Orthodoxiae (dr. J. Matzke) .	74
Einige Bemerkungen zur Geschichte des Konzils von Florenz in Russland (A. M. Amann, S. J.); The voice of the Church — Cerkovnyj Golos (-a)	160
Dr. R. Hurt, Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě II. (Neumann); Spáčil Theophilus, S. J., Doctrina theologia Orientis separati „De sacramentis in genere“, Orientalia christiana analecta (Matocha); Schultze P. Bernhard, Die Schau der Kirche bei Nikolai Berdiajev (Matocha); Orientales catholici in USA (-a)	313

In deposito Academiae Velehradensis adhuc supersunt:

Slavorum litterae theologicae:

Conspectus periodicus, Pragae. (Incomplete!)

Tom. I. 1905

Tom. II. 1906

Tom. III. 1907

Tom. IV. 1908

Tom. V. 1909

Tom. VI. 1910

Acta Academiae Velehradensis:

(Incomplete.)

Tom. VII. 1911 fasc. 1.—2., fasc. 3., fasc. 4. 20 Cč.

Tom. VIII. 1912 1. – 3. fasc. 10 Cč.

Tom. IX. 1913 1. – 2. 5 Cč.

Tom. X. 1914 – 1919. 30 Cč.

Tom. XI. 1920 – 1922. 15 Cč.

Tom. XII. 1. – 2., 1932

Tom. XII. 3. – 4., 1934

Acta Conventus Velehradensis:

Acta I. Conventus Velehradensis. 10 Cč.

Acta II. Conventus Velehradensis. 10 Cč.

Acta III. Conventus Velehradensis. 15 Cč.

Acta IV. Conventus Velehradensis, 40 Cč.

(leg. 50 Cč.)

Acta V. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

Acta VI. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

Opera Academiae Velehradensis:

Tom. II. *Konstantinus-Cyrillus und Methodius, Die Slavenapostel* von Franz Snopek, Kremsier 1911. 30 Cč.

Tom. III. *Nomenclator (incompletus).*

Tom. IV. *Acta conventus Velehrad. III. uti supra.*

Tom. V. *Die Slavenapostel, Kritische Studien* von Dr. Franz Snopek, Kremsier 1918. 30 Cč.

Tom. VI. Trudy. *Acta Conventuum Velehradensium in lingua russica.* 10 Cč.

Tom. VII. Popov, *Katechismus (germanice).* 5 Cč.

Tom. VIII. *Vladimír Sergijevič Solovjev, jeho život a působení* od K. Jindřicha. 5 Cč.

Tom. IX. Dr. Fr. Grivec, *Pravoslaví, ze slovinského rukopisu přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1921.* 5 Cč.

Tom. X. *Byzantinské pojímání církevního prvenství s dodatkem o pravověrnosti svatého Cyrila a Metoda* od Fr. Grivce, univ. prof., přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1922 (ex haustum)

Tom. XI. *Acta V. Conventus Velehradensis 1927.* 50 Cč. (2 Dol. am.)

Tom. XII. Dr. Grivec, *Die hl. Slavenapostel Cyrilus und Methodius.*

Tom. XIII. Dr. Bonifác Segeša, *Církev východní a západní. Z jazyka řeckého český překlad,* 25 Cč. (Socii A. .V 16 Cč.)

Tom. XIV. *Acta cursus Pragensis 1930.* Pret. 38 Cč.

Tom. XV. Rudolf Hurt, *Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě.* 1934. 60 Cč.

Tom. XVI. Dr. Vincenc Pořízka, *Solovjev a církev.* 1935. 15 Cč.

Tom. XVII. Dr. Jos. Vajs, *Evangelium sv. Jana.* Text rekonstruovaný. 45 Gč.

Academia Velehradensis Olomouc ČSR. Salesianum.